

LIBRARY OF
THE UNIVERSITY
OF ILLINOIS
FROM THE LIBRARY OF
CONTE ANTONIO CAVAGNA
SANGIULIANI DI GUALDANA
LAZELADA DI BEREGUARDO
PURCHASED 1921

ANIMADVERSIONES
IN LIBRUM
F. PII THOMAE MILANTE
EPISCOPI STABIENSIS
De Stabiis, Stabiana Eccleſia, & Epiſcopis ejus.

OPUS

LUDOVICI AGNELLI
ANASTASII
ARCHIEPISCOPI SURRENTINI
Aſſiſtentis Pontificio Throno &c.



NEAPOLI MDCCLI.

EX TYPOGRAPHIA MUTIANA

SUPERIORUM PERMISSU.

BENEDICTO XIV. PONTIFICI MAXIMO

LUDOVICUS AGNELLUS ANASTASIUS

Archiepiscopus Surrentinus.



UOD erat mihi optandum maxime, & votis omnibus expetendum, BEATISSIME PATER, nimirum ut aliquod impensi mei erga TE obsequii, ac voluntatis argumentum proferrem; id obtulit F. Pii Thomae Milante Stabiensis Episcopi praepostera nimis, & inconsulta concertatio; enim vero cum illius librum de Stabiis, Stabiana Eccle-

ſia, & Epiſcopis ejus ſuperiori anno in lucem edidiſſent ejusdem Eccleſiae Canonici, quo Antiochenus Patriarcha Philippus Anaſtaſius Patruus meus duriſſime proſcinditur, ſimulque Surrentinae Metropolis dignitati modis omnibus inſultatur, officii mei ratio, & pietatis reſpectus poſtulare omnino videbatur, ut pulcherrimae iſtius Civitatis praerogativis, cui indigne praeſum, quantum in me eſt, conſulere, & conſanguinei mei Praeſulis, & Anteceſſoris memoriae, atque exiſtimationi proſpicere contenderem pro virili. TIBI vero ut hunc extemporalem qualemcumque ingenii mei partum dedicarem, tum TUI Ampliſſimi Nominis Majeſtas, & Auctoritas effecit, cum tot collatorum in me beneficiorum jucunda recordatio; nam teſte Cardinali Bellarmino [(a)]: *Librorum dedicationes teſtimonia eſſe ſolent animi grati, ac memoris acceptorum a Magno aliquo Principe beneficiorum*. Accedit quod doctrinae, ac ſapientiae TUAE incredibilis fama eousque pervenit, ut eruditos omnes ſeculi noſtri longo poſt se intervallo reliquerit; quapropter in hujusmodi literariis quaeſtionibus, ac litibus dirimendis nonniſi ad TE unum, tamquam ad diribito-

rium

(a) *Cardinal. Bellarmin. in Epiſtol. Nuncupatoria ad Sixtum V. P.M.*

rium Tribunal eſt provocandum ; quis enim tam in Hiſtoricis, ac Geographicis, quam in Theologicis, ac Philoſophicis rebus TE doctior, aut fuit, aut inveniri unquam poterit? Quis in repoſitis antiquitatis monumentis, quis in veterum Eccleſiae morum, priſcaeque diſciplinae cognitione, ac intelligentia magis verſatus? Teſtantur praeſtantiſſimae illae TUAE, & omni ſeculorum memoria digniſſimae Epiſtolae, quibus Eccleſiam univerſam quotidie fere inſtruis, & ſacrae doctrinae pabulo luculentiſſime informas. Teſtantur aurea illa ſancita, Bullae dicta, quae veluti oracula per totum terrarum Orbem glorioſiſſime diſſeminantur, & quosdam Divinitatis radios ad Populos illuminandos, erudiendosque diffundunt. Teſtantur tot ſcitiſſima Edicta, quibus Urbem, & Orbem imcomparabili ſollicitudine, ac vigilantia ad bene agendum excitas, accendis, inflammas, dirigis, ac in officio contines. Teſtantur denique revocata Eccleſiaſtica Diſciplina, judiciorum ſeveritas renovata, ſacrorum rituum norma praeſcripta, turbae, & contentiones jurisdictionales gliſcentes, partim extinctae, partim ad concordiam jamjam ſpectantes, portumque fere tenentes. Sed quoniam modeſtiſſimus animus

TUUS a laudibus quamquam verissimis, & omnium sermone celebratissimis, inusitatis tamen, & longe, multumque supra exempla vulgaria positis abhorret unice, & aures offenduntur, rem tantum ipsam considerandam, excutiendamque proponam. Nam si quis reperiretur, qui ab ipso ineuntis aetatis flore illud arduum, ac cum labore ad virtutem directum iter ingressus hoc robore animi, hac indole continentiae esset, ut omnia blandimenta voluptatum respuens nihil in vita expetendum putaret, nisi quod esset cum laude, & cum dignitate conjunctum, seque jam tum a corpore quam maxime abstrahens ad Divinarum rerum cognitionem cura omni, studioque raperetur; quis non facile auguraretur ex illa herbescentis adhuc ingenii teneritate magnas aliquando virtutis, ac sapientiae fruges extituras? Quod si idem cum se paulum corroborasset, ut plane liber ab omnibus impedimentis iter sibi destinatum expeditius conficeret, a Patria, Paternisque illecebris, ac blanditiis se subducens, Romam recta avide pergeret, totumque se severioribus occupationibus, ac studiis abderet, quis non in ea spe, quam jam antea concepisset, magis, ac magis confirmaretur? Jam

vero,

vero, ſi ibi multos annos inter Romanae Ecclesiae Praelatos, ac Magiſtratus ita vixiſſet, ut non aequalibus modo, ſed ipſis ſenioribus exemplum innocentiae, & integritatis eſſet, & omnes vires , ac labores ſuos eo contuliſſet, ut nullum odium, nullam offenſionem, nullam ſimultatem pro Eccleſiaſticis juribus tuendis, & adminiſtranda juſtitia ſibi unquam defugiendam putaret: nemo, ut arbitror, eſſet, qui non tantum illud virtutis, doctrinae, & conſtantiae lumen in excelſo aliquo, & illuſtri loco collocandum optaret. Ad haec omnia ſi judicium, & auctoritas acris alicujus, ac ſeveri Sanctiſſimi Pontificis adderetur, qui nulla prorſus alia re, quam illa praeſtanti virtute commotus eum virum , de quo loquimur, nihil tale ambientem in Sacroſanctum Cardinalium Collegium adſciſceret, isque se in illo dignitatis gradu conſtitutus eundem toto decennio, & ultra praeſtaret , quem in aliis vitae partibus praeſtitiſſet , & Ampliſſimae Eccleſiae gubernaculis admotus illam tamquam flamma diſcurrens ad pietatem, ſanctitatemque qua praedicatione, qua legibus, atque edictis , qua integerrimorum morum exemplo indicibili ſollicitudine, ac vigilantia manu ductaſſet, & ſapientiſſimis etiam libris illuſtraſ-

lustrasset ; quis non ei bonus Pontificatum Maximum spe, & votis omnibus destinaret? Quis non omnes Christiani nominis Provincias gaudio triumphaturas, florentesque , ac beatas futuras tali sibi dato Gubernatore consideret? Majori TU , & tranquilliori animo hos exantlasti labores. Nunquam TU honores secutus es ; sed de sola gloria sollicitus ipsi TE ultro sunt honores consecuti. Nihil in TE Cardinalatus Dignitas immutavit; nisi quod ut TUA virtus a pluribus cognosceretur , effecit ; eamdem quam antea comitatem , atque affabilitatem , eundem cultum, eamdem vitae, ac disciplinae rationem retinuisti . Tanto igitur omnium consensu Pontifex Maximus renunciatus es, ut si cui forte adhuc dubium fuerat, hominum ne judicio , an Divino Numine Summi Pontifices crearentur, ea tota dubitatio comitiis TUAE electionis sublata esse videatur. Non enim fumosae Majorum imagines (quibus tamen rite gloriari potes) non invidiosa divitiarum magnitudo, non eblanditae Principum commendationes viam TIBI ad Pontificatum straverunt, munieruntque: eadem illa virtus , quae TE ab ipsis incunabulis susceptum perpetuo comitata erat, in isto TE tandem Dignitatis inter

ter homines Deo proximae Solio ſuis ipſamet manibus collocavit. Hinc eſt, ut communi omnium Bonorum expectationi, ac deſiderio, tot editis, ſparſiſque per totum terrarum Orbem egregiis facinoribus cumulatiſſime ſatisfeceris, atque heroica quodammodo tempora in Eccleſia revocaveris. Haec igitur ſunt, BEATISSIME PATER, quae me tantillum hominem, ut ad TUAE Majeſtatis Thronum accederem, & levidenſe hoc quantulumcumque donum exhiberem, impulere. Haec ut a TE acerrimo ingeniorum, & operum aeſtimatore judicium ſapientiſſimum humillime expeterem, incitavere. *Tu enim Sacerdos Magnus, Summus Pontifex, Tu Princeps Epiſcoporum, Tu haeres Apoſtolorum, Tu primatu Abel, gubernatu Noe, Patriarchatu Abraham, ordine Melchiſadech, judicatu Samuel, poteſtate Petrus, unctione Chriſtus* [a]. Accipe igitur illud exporrecta, placidaque, qua ſoles, fronte, & TUAE Apoſtolicae Benedictionis gratiam mihi in genua provoluto benigniſſime indulge; dum TIBI Neſtoreos annos Chriſtianae Religionis bono auguror, atque exopto. Vale.

(a) *S. Bernard. de conſiderat. ad Eugen. Pap. cap. 8.*

INDEX CAPITUM.

ANIMADVERSIO I.

CA-



PRAEFATIO.



I quis forte miretur me, cui animus ſemper a ſcribendo alienus; cum res periculoſae plena ſit aleae, & difficile admodum aliquid in medium proferre tanta industria elaboratum quod omnium palato ſatisfaciat; nunc vero provecta jam, & gravedinoſa nimis aetate inter tot curas, & turbamenta muneris ſacri huic operi manus admoviſſe contra Horatii praeceptum illud: (a)

Sumite materiam veſtris, qui ſcribitis, aequam
Viribus, & verſate diu quid ferre recuſent,
Quid valeant humeri.

Is profecto miretur potius Pii Thomae Milante Stabiani Epiſcopi conſilium, quo factum, ut vel invitum, ac reluctantem calcaribus additis ad eam ſpartam capeſſendam, adornandamque incitaverit. Cum enim forte fortuna ejus Librum de Stabiis, & Stabianis Epiſcopis offendiſſemus, primo ſane aſpectu valde delectati ſumus, in eam ſpem

(a) *Horatius in Arte Poetica.*

ad-

adducti, fore, ut Episcopus noster Suffraganeus, qui multis nominibus Metropolitanae huic Ecclesiae obstrictus, & obaeratus, quemque variis officiorum generibus demereri studueramus, nonnisi splendida, ac magnifica, ubi se obtulisset occasio, de Surrentina Ecclesia, & Civitate, cui nos immerito praesumus, diceret, & literarum consignaret monumentis: in Patriarcham vero Antiochenum Patruum Nostrum, qui in suis Surrentinis Lucubrationibus Castrimaris Urbem ad Coelum usque extulerat laudibus, saltem non obloqueretur, & oblatraret. Quid, quod in propatulo erat, eundem librum post mortem Auctoris opera Canonicorum Stabiensium typis evulgatum, quos etiam nostris quotidianis fere beneficiis cumulatos, atque devinctos nobis minime defuturos arbitrabamur. Sed spe omni frustrati sumus; in ipso enim libri vestibulo, & toto deinde operis decursu contumelias, convicia, insectationes, derisiones, aliaque id genus deliramenta depraehendimus, quibus Antiochenum Patriarcham ad nauseam usque perstringit Milante, & injuriarum veluti plaustris onerat; illum, ut tenebrionem, vitilitigatorem, veteratorem, sciolum, uno verbo pene ἀναλφάβητον vellicans acriter, ac sugillans; & quamvis quandoque officiorum illecebris quibusdam, ac pigmentis detergere vulnus videatur: tamen offuciae eae potius, quam officia sunt; nam sub verborum lenociniis latet anguis in herba, & sub ovina pelle lupus rapax: nec vero in Patriarcham tantum ardenti rapitur studio, sed nullum Scriptorum ferme genus est, in quos suum non exacuat stylum, quosque vehementer ludibrio habitos non lacessat, aut floccipendat ita,ut stomachum propemodum faciat legenti. Fatemur

mur ſane adeo inſperato ſucceſſu primum expalluiſſe, ut

. . . . Nudis preſſit qui calcibus anguem,
Aut Lugdunenſem Rhetor dicturus ad Aram.

Deinde, ut nos collegimus, diu in ancipiti haeſimus, num tanti viri, Antiocheni nempe Patriarchae, memoriam adeo peſſumdatam, & labefactatam erigere, ac vindicare conaremur, & probra probris, jurgia jurgiis, contumelias contumeliis pro virili propulſaremus. Sed abſit, ut nos male ſanus vindictae urat, aut titillet pruritus a S. Ambroſio edoctos *perfectum Virum non teneri ulciſcendae dolore injuriae, nec malorum rependere vicem*; [(a)] cum clamet Propheta: *Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam merito ab inimicis meis inanis.* [(b)] Sed tantum obtemperaturi praecepto Sapientiae; *Reſponde ſtulto juxta ſtultitiam ſuam, ne ſibi ſapiens eſſe videatur*; [(c)] utque Lectores ab erroribus abduceremus, atque praeclariſſimam Surrentinam Urbem, & tot ſeculorum fama celeberrimam, quam Stabianus Epiſcopus immane quantum divexat, priſtino reſtituere ſplendori ſtuderemus tres actutum Animadverſiones in Milante Diſſertationes, preſſe, ſtrictimque concinnavimus, quibus cuncta ſategimus pro noſtro modulo avertere probra, diluere argumenta, ſpicula retundere, erroreſque tanquam aranearum telas exufflare; nec vero omnes prorſus, ſed eos, quibus Surrentina Civitas, aut noſtra Metropolitica Dignitas, & Antiochenus Patriarcha impetitur, de quo ſi taceremus, loquerentur libri [(d)] ſcientiis

(a) *S. Ambroſ. lib. de S. Joſeph Patriarc. cap. 1. tom. 4. operum pag. 1076. Edit. Pariſienſ. ann. 1569.*

(b) *Pſalm. 7.*

(c) *Proverb. c. 26. v. v.*

(d) *Libri Patriarchae Antiocheni Philippi Anaſtaſii ſunt videlicet :*
Orazioni in lode di varj Perſonaggi Illuſtri. In Napoli nella nuova Stamperia di Franceſco Ricciardi anno 1721.

omnibus, & literis tum politioribus, tum ſeverioribus refertiſſimi, quibus tantum eſt gloriae conſecutus, quantum haud ſcio, an alius optare uuquam auſus eſſet. Quod ſi aliqua ſub acumen calami forte inciderunt, quae duriuſcule in Milante prolata forſan videantur, ea invita Minerva ſub ipſum diſputationis aeſtum excidiſſe certo certius credas; ac ſi ejus famae ulla ex parte obeſſe poſſunt, ultro libentiſſime retractamus. Ceterum de eodem Milante libro quid ſentiam ſi quaeris? equidem ſic ſtatuo, non illum, ut in hujusmodi ſcribendi genere fieri oportebat, ſtylo terſo, acuto, & micante inter acumina ſenſuum, & floſculos ſententiarum, ſed tam confuſe, negligenterque concinnatum, ut eo non magis lector juvari poſſit, nec ad ſcopum pervenire, quam ſi editus nunquam fuiſſet. Interea nos amicum Lectorem rogamus etiam atque etiam, & obteſtamur, ut aequi nobis, bonique conſulat, ſi rei magnitudini, ejusque votis opella iſta non reſpondet, utpote non ad limam perpolita, nec ad incudem bene perducta: enim vero cum parum nobis a Paſtorali ſollicitudine, ac vigilantia ſuperſit otii, & ſubſecivis tantum paucarum diecularum horis id oneris ſubierimus, totidem ferme diebus, quot annis confectus Liber Milante perhibetur; idcirco raptim, curſimque, ac veluti compendio in tot temporis anguſtiis curavimus totum hoc abſolvere negotium.

ANI-

Suprema Romani Pontificis in Eccleſia poteſtas propugnata. Iterum Beneventi ex Typographia Archiepiſcopali anno 1723.

Apologia di quanto l'Arciveſcovo di Sorrento ha pratticato cogli Economi de' beni Eccleſiaſtici di ſua Dioceſi. In Roma anno 1724.

Lucubrationes in Surrentinorum Eccleſiaſticas, Civileſque antiquitates, Typis Johannis Zempel. Romae anno 1731.

Rime di Filippo degli Anaſtagi Patriarca d'Antiochia Padova 1736. *Per lo Stampatore Niccolò Orazio Naſtaldo.*

Orazioni Panegiriche di Monſ. Filippo degli Anaſtagi Patriarca d'Antiochia: In Napoli nella Stamperia Muziana 1741.

ANIMADVERSIO PRIMA

IN DISSERTATIONEM PRIMAM DE ANTIQUITATE, MAGNIFICENTIA, ET SITU STABIENSIS CIVITATIS.

CAPUT I.

Expenditur Textus Galeni, & in medium vocatur, an ab Antiocheno Patriarcha injuria in Stabianam Urbem fuerit irrogata, illum appellando Oppidulum *cum Cluverio.*



OSTQUAM Episcopus Pius Thomas Milante prima hac sua Dissertatione, veluti Diogenis lucerna, vetusta Stabianaè Urbis Monumenta, Phana, Aedes, Delubra, Simulacra, Statuas, Coenotaphia, Inscriptiones, Lapides, Numismata ceteraque id genus Antiquitatis rudera perlustravit; postquam etiam fontes, latices, eurypos, subterraneos cuniculos, fodinas, reliquasque latebras, & specus, Duce P. Seraphino de Rugerio (a) medullitus est rimatus, scrutatusque, & in intimos penetravit recessus; nec non Mineralium aquarum virtutem, & efficaciam, quaeque sulphure, & chalcantho abundarent, quaeque etiam salsae, ponderosae, aut frigidae, nitrosae, & graveolentes essent, periculum fecit, atque aequa lance perpendit, libravitque Duce Januario de Cavaleriis (quas satius, & melioribus cum experimentis ediscere potuisset ab Alcadino Siculo, Eustasio Materano, Johanne Villano, Julio Jasolino, ac Baccio, Lombardo, Elysio, Michaele Savanarola, Sebastiano Bartholo, Leonardo a Capua, Camillo Eucherio Quintio, aliisque sexcentis de Balneis & thermis naturalibus Italiae differentibus); tan-

(a) *P. Seraph. de Ruger. in lib., cui tit. Istor. dell'Imagine di S. Maria di Pozzano, Edit. ann. 1742.*

tandem veluti e tenebris emerſus , longique itineris, ac laboris pertaeſus in Patriarcham Antiochenum ſermonem convertit , eumque in diverſa pertractum tamquam Stabianae Urbi injurium , hoſtemque traducit, atque in haec verba prorumpit . (a) ,, Situs ergo
,, Stabiarum , ſeu Geographica ejus deſcriptio ita apud Veteres oc-
,, currit. A *Petra Herculis* ſita e Regione Veſuvii , & contra Pom-
,, pejos , & quidem ex parte terrae ſuum habebant initium veteres
,, Stabiae (nam ex parte maris , ſeu litoris ab Herculanii Promon-
,, torio illud initium menſurae Geographicae habebatur , conſtat-
,, que pariter ex poſſeſſione eo in loco piſcandi inpraeſentiarum
,, adhuc Civitati Caſtrimaris favente) gyrus autem ejus erat per
,, viam ad Aquilonem verſus e latere Pompejorum ad Angarim
,, usque ea ex parte , quam concludebat , continens in ejus medio
,, verſus Orientem *Litteras*, ſive Lactarium Montem, *Granianum*, &
,, *Pedemontium* ; & excurrens usque ad *Auream montem* ad Meri-
,, diem, declinabat usque ad *Vicum Surrentinum* (b), ubi terminum
,, ponebat ex parte Littoris, ſive maris, ſive freti, in medio conclu-
,, dens *Vicum Aequenſem* , *Aequam* , & alios montes, ſicut & Ca-
,, ſtella quaedam interjacentia: heinc ex parte maris ſinus ille com-
,, plectens gyrum, & vortices ab Vico Surrentino usque ad priſcum
,, Herculanei Promontorium Straboni celebre, at nunc depreſſum,
,, ac dirutum, adpellatur *Fretum Stabienſe*, ut in Geographicis ta-
,, bulis, ac Veterum ſcriptis eſt adnotare, imo & adhuc inpraeſen-
,, tiarum ita univerſim deſcribitur, & nominatur , quamvis Cl. Pa-
,, triarcha Antiochenus Philippus de Anaſtaſiis potius fore dicen-
,, dum *Fretum Surrentinum* contendat, ſed irrito certe conatu, ut
,, omnes, qui eruditi audiunt, optume norunt .

Et poſt pauca (c) ,, Verum quia nullus magis dilucide , diſtin-
,, cteque prae Galeno Stabias deſcripſit , reliquis omiſſis , huju-
,, ſce inſigniſſimi teſtis verba laudare lubet; & quia inſuper Cl. Pa-
,, triarcha de Anaſtaſiis laudati Galeni verba tranſcribens Stabias
,, traduxit , *Oppidulum* eas ex eodem Galeno dicens , ad hanc
,, injuriam averruncandam ab Urbe praefata (quam inſignem
,, amplitudine , & praeſtantia fuiſſe jam fuit oſtenſum) origina-
,, lem Graecum Galeni textum referam , deinde propriam adji-
,, ciam verſionem debita explicatione diſtinctam , tandem Cl.
,, interpretis Latinam verſionem adponam . Ita enim Galenus :
,, Ὕψος τοῦ λόφου μέτριον. Ὁδὸς δ' ἐπ' αὐτὸν ἀπὸ τῆς θάλαττης εἰς τριάκον-

,, τα

(a) *Pius Thomas Milante f.30.verſ.11.*
(b) *Vicus Surrentinus Piano di Sorrento* .
(c) *Pius Thomas Milante f.32.verſ.26.*

„ τα ϛάδια, καὶ τὶ πλέον, οὐ πολλῷ, τὸ δε χωρίον αὐτὸ τὸ εἶνε τῇ θάλαττη. „ Αἱ Ταβίας κατὰ τὸν πυθμένα τȣ̃ κόλπȣ μάλιϛα ἐϛὶ τȣ̃ μεταξὺ Συρεντȣ „ τε καὶ Νεαπολεος, ἐν τῇ πλευρὰ μᾶλλον τῇ κατὰ Συρεντον. hoc eſt La„ tine: *Mediocris altitudo collis. Via a mari ad ipſum triginta „ ſtadia, & aliquid amplius, non multo. Locus autem ipſe ver„ ſus mare. Tabiae in imo ſinus* (hoc eſt in imo ſinu) *maxime „ eſt* (per figuram Ellipſim, quum ſubintelligatur Urbs, Re„ gio, Locus &c.) *inter Surrentum, & Neapolim, magis ta„ men in latere ad Surrentum* (hoc eſt in latere Surrentino, „ ſeu quod ad Surrentum pertinet). Ex verſione autem Thomae „ Linacri, quam ſummopere laudat Thomas Popeblount, ita La„ tine redditur Textus Galeni: *Altitudo Collis mediocris: via a „ mari ad ipſum triginta ſtadia, ampliusque aliquid, ſed non mul„ to, locus autem ipſe verſus mare. Nempe Tabiae in imo maxi„ me ſinu eſt, qui inter Surrentum, & Neapolim conſpicitur, „ magis tamen in latere, quod ad Surrentum pertinet.* Ubinam „ quaeſo in Galeni textu *τὸ oppidulum* Stabiis adjectum? Verum „ ut tantum virum ab ea vindicem calumniae, & falſitatis nota, „ quapropterea poſſet carpi, pro certo adſerere poſſum deceptum „ eum fuiſſe a Philippo Cluverio, qui plusquam poëtica mentien„ di licentia uſus primum in verſionem Galenici Textus *τὸ oppi„ dulum* invexit: eſto, & in hoc defecerit doctiſſimus Patriar„ cha, quod referenti Bremenſi Viro in Germania nato praeſtite„ rit fidem, & in fonte haud luſtraverit Galenum: ſatius ſibi con„ ſuluiſſet, ſi ex Neapolitano Scriptore Capacio retinente fideliter „ verſionem Linacri Latinum Galeni textum exaraſſet. Sed haec „ obiter, reliqua Galeni verba in medium producamus ad plene „ deſcribendum ex eo Stabiarum ſitum, ſed iterum iterumque „ moneo lectorem, ut adtente ejusdem Galeni verba perpendat „ adverſus gerras Ambroſii Leonis paulo poſt impugnandi, neque „ heic Graecum textum inſignis Medici profero, quum nulla ur„ geat, ſicut prius, neceſſitas, ſatisque ſit laudata verſio Linacri. „ Ita, inquam proſequitur Galenus de Stabiis loquens: *Porro to„ tum id latus collis eſt ſatis magnus, longitudine ad Tyrrhenum „ mare porrectus. Inflectitur autem leviter collis hic ad Occaſum; „ nec in Meridiem in totum plane percurrit. Ergo hic collis a ven„ tis iis, qui ab Ortu flant, Euro, Subſolano, & Borea tutum „ defendit ſinum. Conjungitur illi in imo ſinu alter collis non „ parvus, quem & veteres Romani in hiſtoriis, & qui nunc dili„ gentiores ſunt, Veſuvium nominant.* Quo teſtimonio quid cla-

„ rius,

„ rius, quid diſtinctius ad eum firmandum Stabiarum ſitum, ut „ ſub initium fuit deſcriptus? Certe, qui utroque non caligat „ oculo, luculenter agnoſcit rem ita eſſe, uti adſeveravi.

Riſum teneatis amici. Quis ad hujusmodi nugas, gerras, & quisquilias non rideret modo, verum etiam non vomeret vehementiſſime? Bone Deus! Ecquaenam eſt iſta tam atrox injuriae nota, quam adeo veretur Milante a Patriarcha Antiocheno Stabianae Urbi inuſtam, quamque tantopere *averruncare*, ac ab ea arcere ipſe conatur? quae contumelia, quae labes, quae adeo inſignis infamia, qua tantam Urbem aſperſit Patriarcha? *Oppidulum* ne appellavit Stabias ex Galeno, ejusque interprete Philippo Cluverio? Quaenam eſt, amabo, hujusmodi non diſſimulanda calumnia, inauditum dehoneſtamentum? *O curas hominum, o quantum eſt in rebus inane!* extuliſſet hic vocem quis de grege Perſii, & exclamaſſet. Quid ſi Urbem Caſtrimaris vallo, aggeribus, & obſidione cinxiſſet? Aut quemadmodum Sylla armato milite compleviſſet, & everſam in villas diſperſiſſet Antiochenus Patriarcha? Nonne Dionyſius Halicarnaſſeus Herculaneum quoque magnificentiſſimam quondam Civitatem (in qua Caeſaris villa erat, a Seneca (a) pluribus deſcripta) *Oppidulum* appellat? ſcribit enim juxta verſionem ſui interpretis: (b) *Hercules compoſitis ex animi ſententia rebus Italicis, & recepto incolumi ex Hiſpaniis exercitu navali, ac decimis ſpoliorum in Deorum Sacrificia impenſis, Oppidulo etiam de ſuo nomine condito, ubi claſſis ejus ſtationem habebat, quod nunc etiam a Romanis habitatur inter Pompejos, & Neapolim; tutos enim omni tempore portus habens.... trajecit in Siciliam.* (c) Poeta quoque Venuſinus Oppidulum appellat Nobilem, ac peramplam Urbem, olim dictam Equotuticum, (d) nunc Ariano, ſeu Scotuccio, uti vult doctiſſimus Franciſcus Maria Pratillo: (e)

Qua-

(a) *Seneca de Ira lib.3. cap.22. Edit. Antuerpienſis an.1652. cum emendatione, & Scholiis Juſti Lipſii:* Cajus enim Caeſar villam in Herculanenſi pulcherrimam, quia mater ſua aliquando in illa cuſtodita erat, diruit.

(b) *Dion. Halicar. Antiquit. Rom. lib. 1.*

(c) *Nec miretur quiſquam, ſi in Francofurdienſem editionem, & verſionem Halicarnaſſei opera Friderici Sylburgii adornatam anno* 1586. *pag.*35., *incidens non oſtendat diminutivum nomen*, Oppidulum, *ſed potius*, Oppidum etiam de ſuo nomine conditum. *Neſcio enim, qua ratione voce* Oppido *uti maluit, ac tenere Sylburgius Graece alioqui non parum eruditus, quam* Oppidulo, *ut vertendum erat; Textus enim Halicarnaſſei ita ſe habet.* Καὶ πολίχνην ἐπώνυμον ἀυτȣ̃ κτίσαι; *nempe:* Urbecula, ſive Oppidulo de ſuo nomine excitato, ſive condito. Πολίχνη ης ἡ *ſiquidem diminutivum eſt a* Πόλις εως ἡ, *& Urbeculam, ſive Oppidulum ſignificat.*

(d) *Horat. Satyr.5. lib.1.*

(e) *Franc. Maria Pratill. lib.4. cap.10. della Via Appia.*

Quatuor hinc rapimur viginti, & millia rhedis
Mansuri Oppidulo, quod versu dicere non est,
Signis perfacile est; venit vilissima rerum
Hic aqua, sed panis longe pulcherrimus.

Hanc Hortelius (a) ita appellat; *Equotutico Italiae non una conjectura ducor (sunt verba Celsi Cittadini ex Roma ad me) eam esse, quam vulgo Foggia vocant, Oppidulum a Luceria XII. millia passuum Apuliam versus.*

Verum enim vero antequam cum Milante propius congrediamur, quae tanta sit Patriarchae Antiocheni culpa, videamus. Ovidii versus expendens Patriarcha scripsit (b): *Post Herculaneum Oppidum Poeta Stabias Neapolim versus recenset: inficiatur tamen Galenus, qui Stabias Surrento magis, quam Neapoli accedere tradit his verbis: Oppidulum autem ipsum Stabiae apud mare in intimo maxime sinu situm est inter Surrentum, & Neapolim, magis tamen in latere Surrentino.*

Hoc quidem illud est, quod adeo Milante displicuit, quodque tam infamem maculam,& nefandam ignominiae nebulam Stabiis importavit, quia nimirum usurpavit versionem potius Cluverii Patriarcha, quam Linacri, qui in ea Galeni auctoritate vertens nomen hoc χωρίον, *locum*, non vero *Oppidulum*, ut Cluverius, adhibuit. Certe si mens non laeva fuisset Milante, procul dubio in Patriarcham irasci desiisset; plus enim Linacri versio, quam Cluverii Stabianae Urbis officit dignitati. Divinare quoque haud facile est, cur potius Linacri, quam Cluverii versionem adhibere debuerat Patriarcha; (nam illa Capacii mendosa est) uterque enim exterus, & tot terrarum spatiis a nobis sejunctus, primus Anglus, Germanus alter, hoc tamen discrimine, quod Bremensis Cluverius praestans Geographus, cui Lucas etiam Holstenius notas adjecit; Linacer vero Medicus fuerit, & propterea Cluverio longe posthabendus.

Praeterea exciderant ne memoria Milante illa toties a se repetita Plinii verba referentis, Stabias bello sociali a Syllae crudelitate funditus eversas, exhaustis undique habitatoribus, in Villas abiisse? Si ad haec advertisset animum, atque in mentem revocasset Stabianae fortunae acerbitatem, mirari utique desiisset Cluverii, & Antiocheni Patriarchae placitum: nec in ipsos adeo inclementer stylum exacuisset. Nam jam anno ab Urbe condita DCLXV.

B & an-

(a) *Hortel. in Geograph. Thes. Verb. Equotuticum.*

(b) *Patriarch. Antiochen. Antiquit. Ecclesiast. tom. 1. pag. 82.*

& ante Christi Servatoris adventum LXXXVIII.sive, ut aliis placet, LXXXVII. Stabiae occubuerant, & Sylla per Italiam longe, lateque debacchante excisae fuerant, & solo aequatae, ut Plinius testatur:(a) *In Campano autem agro Stabiae Oppidum fuit usque ad Gn. Pompejum, & Lucium Carbonem Consules pridie Kal. Maji, quo die Lucius Sylla Legatus bello sociali id delevit, quod nunc in Villas abiit*. Quid ergo hic peccavit Patriarcha Antiochenus, seu mavis Cluverius, si quae Villa tantum tunc temporis erat, *Oppidulum* appellavit? Nonne magni muneris loco ducendum, si ubi tantum locus, & ingens olerum, arborumque, ac frugum campus patebat, Oppidulum dixit? Quid hinc igitur, nisi quod nulla labes, nulla ignominiae nota, nulla censura, nullum dedecus Stabianae Urbi per Cluverium, aut Patriarcham accesserit, & potius in ea, qua tunc opprimebatur calamitate, non nihil ei indultum, atque aliqua ex parte levatum? Immerito igitur taxatur a Stabiano Episcopo; immo nos, qui Patriarchae partes tuemur, Stabianum possemus Episcopum injuriarum, & contumeliae insimulare, atque arcessere. Questus enim isti, & quos evomit clamores, & verborum ambages, nil aliud sunt, quam ἔπεα πτερόεντα, solemnis itidem impostura, technae, ac tricae Milanteae, quibus, ut gratiam apud suos iniret, & Stabiensium sibi animos demereret, de injuria illata Patriarcham accusavit, & tam alte conquestus est; vel etiam isthaec in vulgus sparsit, & commentus est, tamquam

Populo ut placerent quas fecisset fabulas;

nec Aedepol justa Stabianae Urbis querimonia: sed ejusdem Milante tantum obtentus, fucatusque ad carpendum Patriarcham calor, & vehementissimus ardor.

Sed ut rem ipsam de cute, & intus, ut ajunt, perpendamus, strictoque decernere ferro contendamus (minutim enim enodare praetermittimus ipsum Galeni Textum, ut eum producit Milante; tot enim erroribus interpunctionis, accentuum, ac nominum scatentem exhibet, ut non possit cuique Graece vel leviter erudito stomachum ejus lectio non movere.) Textus genuinus sic se habet:(b) Ὁμοιότατος δ᾽ ἂν εἴη ὁ ταῦτ᾽ ἔχων, ἅπερ ἐκείνῳ πάρεστιν. Ὕψος μὲν τοῦ λόφου μέτριον. Ὁδὸς δ᾽ ἐπ᾽ αὐτὸν ἀπὸ τῆς θαλάττης εἰς τριάκοντα στάδια, καί τι πλέων οὐ πολ-

(a) *Plin. Histor. Natural. lib. 3. cap. 5. pag. 57. Edit. Venet. apud Paulum Manut. Aldi Filium ann.* 1559.

(b) *Galenus* Θεραπευτικῆς Μεθόδου *lib. 5. cap. 12. pag. 92. Quartae Partis, sive Tomi edit. Basileae, ex Officina Hervagiana anni* 1538.

πολλῷ. Τὸ δὲ χωρίον αὐτὸ τὸ ἐπὶ τῇ θαλάττῃ, αἱ Ταβίαι (a) κατὰ τὸν πυθμένα τοῦ κόλπου, μάλιστα ἐστὶ τοῦ μεταξὺ Συρεντοῦ τε, καὶ Νεαπόλεως· ἐν τῇ πλευρᾷ μᾶλλον τῇ κατὰ Συρεντόν. Αὕτη δ' ἡ πλευρὰ πᾶσα λόφος ἐστὶν εὐμεγέθης, μακρὸς, εἰς τὸ Τυρρηνὸν ἐξῆκον πέλαγος· ἐγκέκλιται δ' ἠρέμα πρὸς τὴν δύσιν ὁ λόφος οὗτος, οὐκ ἀκριβῶς δ' ἐπὶ τὴν μεσημβρίαν ἐκτέταται· οὗτος μὲν ὁ λόφος ἄκλειστον τοῖς ἀνατολικοῖς ἀνέμοις φυλάττει τὸν κόλπον, Εὔρῳ, καὶ Ἀπηλιώτῃ, καὶ Βορρᾷ.

Quae quidem verba ita ſonant juxta fidelem verſionem Linacri: *Simillimus autem is fuerit, cui eadem adſunt, quae illi: altitudo collis mediocris: via a mari ad ipſum triginta ſtadia, ampliusque aliquid, ſed non multo. Locus autem ipſe verſus mare, nempe Tabiae in imo maxime ſinu eſt, qui inter Surrentum, & Neapolim conſpicitur, magis tamen in latere, quod ad Surrentum pertinet. Porro totum id latus collis eſt ſatis magnus longitudine ad Tyrrhenum mare porrectus; inflectitur autem leviter collis hic ad Occaſum, nec in meridiem in totum plane procurrit: ergo hic collis a ventis iis, qui ab Ortu flant, Euro, Subſolano, & Borea tutum defendit ſinum.* (*b*)

 Sed

(a) *Advertit Cluverius lib.* 4. *tom.*2. *Ital.antiquae in exemplari Galeni MS. ab Joſepho Scaligero legato Aelio Everhardo Vorſtio Profeſſori Primario Academiae Lugdunenſis ad Rhenum, & conlato a Martino Gregorio Turonenſi Medico Venetiis, & Romae cum MS. loco* Ταβίας, Ταβίαι, Ταβίαις, *ſcriptum eſſe* Σταβίας, Σταβίαι, Σταβίαις.

(b) *Totus autem in eo eſt Milante, ut nomen* χωρίον *ab* αἱ Ταβίαι *ſejungat, ne nomini* χωρίον *eam tribuere ſignificationem cogatur, quae* αἱ Ταβίαι *magis conveniat; quamobrem nihil veretur poſt* θαλάττῃ *& ante* αἱ Ταβίαι *in Graeco Textu punctum apponere, ut & in ſua verſione, quam attexuit, &, quod magis mirum eſt, etiam in ipſa verſione Linacri. At id omne ipſo Galeno invito, & ejus interprete Linacro; hanc enim interpunctionem Graecus Galeni textus nullo modo pati poteſt, qui, cum repetitionem contineat articuli* τὸ, *qui eo loco Latini relativi*, quod, *vim habet, recta ſyntaxi Graeca non conſtaret; nam, cum ad literam vertendum eſſet:* Oppidulum, *ſive, ut Milante mavult*, locus autem ipſe, qui eſt prope mare: *Si hic punctum inſeratur, quis non videt, ſenſum, & ſermonem adhuc pendere, neque exitum, & finem ſuum nanciſci? Luce igitur meridiana clarius patet, illud* χωρίον *conjungendum omnino eſſe cum* αἱ Ταβίαι *& ſequentibus, ut ſibi ipſi conſtet Galenus, & ſermonis ratio interrupta, & manca non videatur. Integritas itaque textus ut vim habeat, punctum inde expungendum, & tunc abſolutiſſima erit hic ſermonis ratio, & prorſus evaneſcet inventum illud figurae Ellipſis, quod ſine neceſſitate, & ex proprio penu excogitavit Milante, ut facile liquebit textum Galeni ad literam ita expreſſum legenti:* Oppidulum autem ipſum, quod eſt ad mare, ſive prope mare, Stabiae in imo maxime ſinu eſt, qui inter Surrentum, & Neapolim patet, magis tamen in latere, quod ad Surrentum pertinet.

Fa-

Sed dato debere usurpari, & accipi pro *loco*, non pro *Oppidulo*: Quid tum? Nam χωρίον, quod habet Galeni textus, juxta omnia Glossaria, ager, praedium, villa, fundus, tractus, campus exprimitur; igitur qui Oppidulum interpretatus est, magis favere Castrimaris Urbi studuit, quae tunc ne Oppiduli quidem nomen merebatur. Demosthenes ait: χωρίον ἠμελημένον praedium cultum; Aristoteles τὸ χωρίον θερμὸν locus, seu situs calidus. Cum praesertim Cluverium non latuerit, Stabias post cladem a Sylla acceptam in Villas abiisse, quo in statu in Historia Miscellanea habetur permansisse usque ad Justiniani Imperatoris, & Belisarii tempora, uti haec verba demonstrant: (a) *Belisarius vero a Papa Sylverio acriter increpatus, cur tanta, ac talia homicidia Neapoli perpetrasset, tandem correptus, ac poenitens, rursus proficiscens Neapolim, & videns domus Civitatis depopulatas, ac vacuas, tandem reperto consilio recuperandi populi, colligens per diversas villas Neapolitanae Civitatis viros, ac mulieres domibus habitaturos immisit, idest Cumanos, Puteolanos, & alios plurimos Liguria degentes, & Playa, & Sola, & Piscinula, & Locotroccla, & Summa, aliisque villis; nec non Melanos, & Surrentinos, & de villa, quae Stabii dicitur, adjungens viros, ac mulieres, simulque & de populis Cymiterii.* Ille igitur Linacri locus, sive etiam, si Diis placet, Galeni de Stabiis post eversionem intelligendus nonnisi villae, ruris, magnificentius tamen, & splendidius Oppiduli nomenclatura donandus.

Quoniam vero Milante palatus nimis est delicatus, hisce rationibus minime acquiescit, & vultu ad severitatem composito reponit, hic *locum* tam pro *Oppidulo*, & *Urbecula*, quam pro amplissimo Oppido, atque idemtidem Provincia accipi posse; non igitur a calumnia impacta Castromaris purgatur, vindica-

Fatemur quidem ultro, voculam illam, quod, *minime apposuisse Linacrum; verum in nos quidquam obstrepere minime potest, si repetitum articulum* τὸ *post nomen* χωρίον, *per relativum dedimus; ipsemet enim repetitos articulos* τῷ, *& paulo post* τῷ *in eodem allato textu per latinum relativum* qui, *&* quod *vertit. Praeterquamquod Linacer ipse satis ostendit amandandum omnino esse punctum illud a Milante insertum, & fidelem nostram esse versionem, cum latine transtulit:* locus autem ipse versus mare, nempe Tabiae in imo maxime situ est; *illud enim* nempe *quid aliud subindicat, nisi illud Tabiae nomen esse, ut dicunt Grammatici, appositum nomini* locus, *& quid sit* locus *hic explicans.*

(a) *Historia Miscella ab incerto Auctore consarcinat. complectens Eutropii Historiam, quam Paulus Diaconus multis additis a Valentiniani Imperatoris aetate usque ad Justinianum perduxit, & Landulphus Sagax continuavit usque ad annum Christi* 806. *apud Murat. tom.*1.*Script. rerum Italic. lib.*16. *pag.*107.

dicaturque Antiochenus Patriarcha, nisi aperte probato τὸ χωρίον *Oppidulum* certo certius significare, ideoque nunquam dabit manus usque dum hanc vocem *Oppidulum* denotare deprehendet. Si res ita se habet, en tibi Johannem Scapulam: χωρίον τὸ *idem quod* χῶρος, locus: *item, locus munitus, Castellum, Oppidulum, Aristot. Polit.* 2. *Demosth. in Epistol. ad Phil. item Ager, Praedium, Villa, Campus: Item apud Geometras id spatii, quod intra concurrentes lineas figurarum continetur, quod Area dicitur* (a). Audisti, Milante, τῦ χωρίυ significationem, quae ad villae, ruris, campi, areae, ad summum vero Oppiduli denominationem extendi potest; quod & bene advertens Cluverius allato Symmachi epistolae loco, nempe (b) *STABIAS ire desiderant, ut reliquias longae aegritudinis armentali LACTE DEPELLANT,* subdit: *Quid Symmachi tempore annis circiter CCCLXXX. post natum Christum Stabiae fuerint, Villarum quidam numerus, ut Plinii tempestate, Oppidulum, an vicus, incertum est; annis CL. post, sub Justiniano Imperatore fuisse vicum, testis est Historia Miscellanea.*

Quid quod post diuturnam, magnamque advenarum accessionem, post transitionem tot hominum eô factam ob munitissimam Andegavensium arcem erectam, post tot Aragoneorum Regum largitiones, & munificentiam, qui Stabias Aedibus, Templis, Portu, Navalibus amplificarunt, vix *Oppidulum* dici ea Civitas poterat Julii Caesaris Capacii tempestate, anno nempe 1630., eo quod vix quinque millium incolarum numerum cum Suburbano, Pagis, totaque Dioecesi conficeret: nostris vero temporibus, si ipsi Milante credamus, octo millibus tantum virorum constet ex universa Dioecesi collectis? nequaquam igitur *Oppiduli* nomen effugere, aut declinare adhuc potest, si illam cum frequentioribus, & populosioribus Urbibus Neapoli nempe, Londino, Lutetiis Parisiorum, conferamus. Proinde a capite usque ad talum, uti dicitur, meridiana luce clarius patet, nihil a Patriarcha Antiocheno Castri ad mare honori detractum, nihil gloriae imminutum, nihil dignitati defrau-

(a) *Johannes Scapul. Lexico Graeco Latino edit. Basileae anni* 1665. *verbo* χωρίον

Scapula grajugenae cum panderet abdita linguae
Obstupuit Phoebus, Graecia tota patet.

(b) *Symmachus apud Cluver. lib.* 6. *epist.* 17., & *Cluver. lib.* 4. *tom.* 2. *Italiae antiquae pag.* 1161.

fraudatum, imo, quoad fieri potuit, pro virili consultum: Milante vero sive partium studio, sive nimium suorum amore elatum, sive vesano quodam furore percitum, atque abreptum in Patriarcham, apertam illi calumniam praefracte imposuisse.

CAPUT II.

De Situ Stabiarum.

PAtriarcha Antiocheno, ut vidimus, acri, & magistrali virga correpto praesertim illis gravibus verbis: *Satius sibi consuluisset, si ex Neapolitano Scriptore Capacio retinente fideliter versionem Linacri, Latinum Galeni textum exarasset*, Geographi munere fungens Milante, assumptoque in manibus pulvere, radio, libella, amussi, troclea, fistuca, peritrochio Stabianae Dioecesis fines fabulando metitur, seu potius mentitur, eosque prolibito (*cum stet pro ratione voluntas*) ab arce Rutiliani, vulgo *Revigliano*, usque ad amplam Surrentinam Planitiem, quae propemodum ad muros Civitatis extenditur, protrahit Poetarum more, quibus

Quidlibet audendi semper fuit aequa potestas.

Et ut ait Ovidius;

Exit in immensum foecunda potentia vatum,
Obligat historica nec sua verba fide.

Si enim de Ecclesiastica Stabiarum dominatione, & Dioecesi sermo sit, illam ab Archiepiscopo Surrentino accepit, ut videre est in Bullis Barbati, & Ursi ab ipso Milante exhibitis. Nec in iis nisi quaedam possessiones in Graniano, L'terensi, Angaritano, Vicano Agro, aut alibi assignantur Episcopo, asseruntur que; Si vero de antiqua Stabiarum latitudine loquatur Milante, quis unquam ejus ambitum dimensus est, aut situm, ac terminos descripsit? Si quando de ea Civitate verba fecerunt Strabo, Columella, Plinius, Galenus, Volaterranus &c. jamdiu solo aequata erat, & in villas discesserat, nec nisi magni nominis umbra ejus reliqua erat; sub ipsis enim primordiis occidit, priusque ruinae, & eversionis, quam amplitudinis, & rerum gestarum fama ad posteros emanavit. Verum, ne diutius in limine moremur, & ut rem paulo altius repetamus, haud absre erit Surrentinae Urbis vestigare confinia, quae Stabiis conjuncta, & contermina fuerunt; facile enim inde Stabiani termini, & limi-

limites erumpere, atque emergere possunt, uti advertit Antonius Sanfelicius Junior versu Stabiae: *Stabiae olim ultra Sarnum sitae in Agro Nucerino, a Lucio Sylla deinde bello sociali deletae, ut Plinius lib. 5. cap. 3. in Villas abjerunt, quarum una ad mare nomen earum obtinuit; unde in praesenti dicitur Castellamare, sive Castellamare di Stabia, Urbs terrae laboris.*

Promontorium Surrentinum describens Strabo omnium antiquissimus ait apud suum Interpretem: *Pompejis contiguum est Surrentum Campanorum, unde prominet Athenaeum, seu Minervae Promontorium* (a). Pomponius vero Mela haec de Surrento habet: (b) *Paestanus sinus, Paestum Oppidum, Silarus amnis, Picentia, Petrae, quas Syrenes habitavere, Minervae Promontorium Lucaniae loca, sinus Puteolanus, Surrentum, Herculaneum, Vesuvii montis aspectus, Pompeii, Neapolis, Puteoli, Lacus Lucrinus, & Avernus, Bajae, Misenum (id nunc loci, aliquando Phrygii militis nomen) Cumae, Linternum, Vulturnus amnis, Vulturnum oppidum, amoena Campaniae litora &c.*, Volaterranus autem pro cumulo addit: *igitur post Sarni fluvii ostia Surrentum est* (c): quibus accinit Ovidius.

Inde legit Capreas, Promontoriumque Minervae,
Et Surrentinos generoso palmite colles,
Herculeamque Urbem.

Hinc Christophorus Cellarius in notitia Orbis antiqui ita Surrentum describit: (d) *Surrentum Mela primo loco ponit ad sinum Puteolanum regrediens a Lucania per maritimam oram in Latium: Plinius contra incedens lib. 3. cap. 5. Surrentum cum Promontorio Minervae post Sarnum amnem enarrat: Hodieque Sorrento Urbs Archiepiscopalis superest. Ptolemaeus* Σύρεντον, *Strabo* Σέρεντον *appellat.* Et post pauca: *Tandem in hoc litore ad Minervae Promontorium venimus terminum Campaniae in ora adversus Picentinos. Plinius dicto saepe loco Surrentum cum Promontorio Minervae Syrenum quondam sede, & hodie Capo della Minerva dictum. Extat in Australi angulo ex opposito insulae, cui Capreis nomen est. Tacitus Annal. 4. cap. 67. De Tiberio: Capreas se in Insulam abdidit*

(a) *Strab. lib. 5. pag. 247. edit. Lutetiae Parisior. ann. 1620. versionis Guilielmi Xylandri.*

(b) *Pomponius Mela de situ Orbis lib. 2. cap. 4. pag. 39. ex recensione Scotti edit. Antuerpiae ann. 1582.*

(c) *Volaterranus Geograph. lib. 6. ubi de Picentinis, Lucanis, & Brutiis pag. 70. edit. Basileae 1544.*

(d) *Christophor. Cellar. notit. Orb. Antiq., sive Geographia plenior ab Ortu rerum publicarum ad Constantinorum tempora Orbis terrarum faciem declarans lib. 2. cap. 9. pag. 847. edit. Lipsiae ann. 1701.*

dit trium millium passuum freto ab extremis Surrentini Promontorii disjunctam; Surrentinum idem, quod Minervae, quia non propinquius ei Oppidum, quam Surrentum. Strabo lib.5. pag.170.... Pompejis contiguum est Surrentum Campanorum, unde Athenaeum (Minervae Promontorium) prominet; nomen inde est, quia ἐπ' ἄκρῳ Ἀθηνᾶς ἱερὸν in Promontorio Minervae Phanum est.

Haec antiquissimorum Scriptorum concordantia, ac classica testimonia nobis affatim ostendunt, Surrentinam Civitatem a Minervae Promontorio, vulgo *la Campanella*, in Lubrensi posito usque ad Herculaneum terminos suos protulisse, nec inter ipsam, & id Oppidum, sive mavis, etiam Pompejos aliquid intercessisse; quae omnia adamussim expressit, & complexus est doctissimus aeque, & accuratissimus Geographus P. Nicolaus Parthenius Giannettasius testis locupletissimus, & oculatus; cum bissenis, & amplius annis Surrenti moram traxerit, ut alibi dicturi sumus: (a) *Ad extremam oram Campaniae, qua Sarnus fluvius Pompejanum interluens, se se in Craterem exonerat, ab Italia continente lingua (Surrentum) educitur, & ad* XVI. *millia passuum excurrit: a Meridie Paestano sinu, a Septemtrionibus Cratere alluitur: ad Occiduum vero solem Capreas objectas habet: a quibus freto* IV. *millia passuum disjungitur. Praeruptis primum, atque altissimis montium verticibus, qui sunt Apennini in Subvesperum vergens ramus, attollitur. Mox in aequiores colles demittitur. Exinde modice iterum adsurgens longius extenditur, quoad demissis tandem rupibus finiatur mari. Altior vertex, qui Stabias inter & Aequensem Vicum fastigiatus consurgit, Lactarius idcirco, ut arbitror, appellatus, quia identidem hyeme altissima nive candicat; aequiores sunt colles Surrentini, quos incolae Cermennam indigitant. Postremum vero jugum Minervae Promontorium est, ita vocatum a Deae delubro, quod Graecos olim, qui terras hasce primi incoluerunt, fabricasse, memoriae proditum est: illius vestigia adhuc extant, nimirum pavimentum, opere tessellato aeque perlucidis lapillis affabre coagmentatum: & columnae marmoreae, in quarum capitulis noctuae Palladi sacrae insculptae sunt.* Quae cum ita sint, noster Milante

. . . . *Quibus orbis in oris*
Jactemur, doceas . . . . .

Nescimus enim quorsum spectent Stabiani illi limites a te commenti, & proprio marte conficti, qui, ruptis repagulis, & Claustris omnibus

(a) *P. Nicolaus Parthen. Giannettas. in aestat. Surrent. lib. 1. cap. 1. pag. 2.*

bus, non minus Aequanam, qua latepatet, domina tionem (quae nunquam ad Stabias, sed ad Surrentum pertinuit) quam longe progressi, atque protracti ad Surrentinam usque Planitiem, suburbium, & pomoerium amoenissimum, imo elegantissimum, & splendidissimum pagum Surrentinae Urbis involvunt, & occupant, adeo angustis confiniis, & cancellis Nobis relictis, ut exclamare cum Jeremia Propheta cogamur: *Quomodo sedet sola Civitas plena populo?* Quorsum, inquam, spectant hi termini, si de antiquis Stabiis Auctores nihil praeter funus, & cineres scriptis reliquerunt? quemadmodum, ipso teste Milante, in propatulo est. Satius profecto is sibi consuluisset, si a Gallo Scriptore Moreri didicisset, Vicum Aequanum non Stabianum, sed Surrentinum fuisse; in litera enim R. de Aloysio Riccio Neapolitano Patritio loquens illum Episcopum appellat *Evesque del Vico di Sorrento*, & in litera V. *Vico di Sorrento* (a). Antonius quoque Sanfelicius in notis ad Antonium Sanfelicium Seniorem (b) expresse advertit: *Vicus Aequensis, seu rectius Aequanus, ut Peregrinus, Urbs hodie terrae laboris in Surrentino Promontorio, Vico di Sorrento; olim enim Paganus Viculus in publica via, quae a Stabiis Surrentum ducebat.* Sed de hac re fusius alibi dicturi sumus. Interea eo sensim oratio est referenda, in quo instituti nostri ratio consistere videtur, nimirum ut postquam Surrentinae Civitatis amplitudinem inspexerimus, vetustum Stabiarum Urbis situm expiscari, & vestigare, si quem in tenebris & umbra invenire possimus, satagamus. Magnum equidem volvimus saxum, quod tamen quoad fieri poterit in medium protrahere pro virili conabimur. Situs ergo Stabiarum ita a Galeno exponitur, ut praecedenti capite innuimus (c): *Altitudo collis mediocris: via a mari ad ipsum triginta stadia, ampliusque aliquid, sed non multo; locus autem ipse versus mare, nempe Tabiae in imo maxime sinu est, qui inter Surrentum, & Neapolim conspicitur, magis tamen in latere, quod ad Surrentum pertinet. Porro totum id latus collis est satis magnus longitudine ad Tyrrhenum mare porrectus; inflectitur autem leviter collis hic ad Occasum, nec in Meridiem in totum plane procurrit. Ergo hic collis a ventis iis, qui ab Ortu flant Euro, Subsolano, & Borea tutum defendit sinum. Conjungitur illi in imo sinu alter collis non parvus, quem & ve-*

(a) *Morerius in litera R. & litera V. fol.* 407.

(b) *Anton.Sanfel.jun. in Indic.omnium locorum, descript. Campan. Anton. Sanfelic. fenior. verb. Vicus.*

(c) *Galenus de Meth. Meden. lib.* 5. *cap.* 12.

veteres Romani in Historiis, & qui nunc diligentiores sunt, Vesuvium nominant.

Apud Plinium quoque Nepotem de Stabiis haec habentur(a): *Rectum ipse cursum, rectaque gubernacula in periculum tenet, adeo solutus metu, ut omnes illius motus, omnes figuras deprehenderet oculis, dictaret, enodaretque, jam navibus cinis inciderat, quo propius accederet, calidor, & densior, jam pumices etiam, nigrique, & ambusti, & fracti igni lapides, jam vadum subitum, ruinaque montis, litora obstantia; cunctatusque paulum, an retroflecteret, mox gubernatori, ut ita faceret, monenti, fortes, inquit, fortuna juvat: Pomponianum pete, Stabiis erat diremptus sinu medio &c.* Ex his deducit Ambrosius Leo (non infimae notae scriptor) (b), multisque probat argumentis, antiquam Stabianam Urbem eo loci, qui impraesentiarum Turris Annunciatae dicitur, sitam esse; quae quidem Turris jurisdictioni Nolanorum Episcoporum in spiritualibus subjacet; & ab Innocentio III. R. P. in Stabiensi territorio describitur, in haec verba. *Illam quoque terram* (de Turri Annunciatae loquens) *quam ab antiquis temporibus in Territorio Stabiensi Nolana possedit Ecclesia.* Vide de hac re Johannem Stephanum Remondinum eruditissimum Scriptorem (c).

Hic vero arripit arma Milante, & obvium quemque trucidaturus in arenam jactabundus descendit contra Ambrosium Leonem, & minitabundus ita cum illo pedem confert, ut oppressisse, ac pene confodisse sibi blandiatur (d).

„ Nec satis ad detegendam larvam personati argumenti Leo-
„ nini. Perpendendum itidem est, quod idem Plinius Nepos me-
„ moriae tradidit ab ejus Avunculo factum, dum Stabias ad Pom-
„ ponianum adcessit: *Quo tunc Avunculus meus secundissimo in-*
„ *vectus complectitur trepidantem, consolatur, hortatur; utque*
„ *timorem ejus sua securitate liniret, deferri se in balneum jubet:*
„ *lotus accubat, coenat, atque hilaris, aut, quod aeque magnum*
„ *est, similis hilari. Interim e Vesuvio monte pluribus locis latissi-*
„ *mae flammae, atque incendia relucebant, quorum fulgor, & cla-*
„ *ritas tenebras noctis excipiebat.* Confer haec omnia cum Turri
„ Nunciatae eo in infelicissimo eventu, & acu tanges omnino im-
„ possibile fuisse ibi ea agere, quae a Seniore peracta Junior Pli-
„ nius C. Tacito scripsit.

„ Sed

(a) *Plinii Nepotis Epistola praefixa edit.* 1587.

(b) *Ambros. Leo lib.2. cap.11. de Nolan. Agro.*

(c) *Johann. Steph. Remond. nella Nolana Ecclesiast. stor. lib.1. cap.7.*

(d) *Pius Thom. Milante Episcopus Stabiensis dissert.1. pag.42. vers.20.*

„ Sed fortaſſe ex eo Ambroſius Leo Veteres Stabias e mariti-
„ mo Caſtro diſcerpit, quia inde Plinius Senior cuncta adnotare
„ dictareque nequibat, nec ibidem, ubi nullum tunc periculum
„ aderat, mortem miſerrime oppetiiſſet. At dum ita ſentit, quum
„ ita opinatur peſſume iterum errat Ambroſius, non perpenſo Ve-
„ terum Stabiarum ſitu, nec bene luſtratis Veſuvii montis radici-
„ bus, & excurſu. Iis quidem omnibus bene perpenſis, facillime
„ deprehenditur, quod iccirco intemperatae ſuae cupidini ſatisfa-
„ ciendum cenſuit Philoſophus ille, *ſuſpectus ἀθεότητος Deique*
„ *plene oblitus, dum naturae arcana penitius ſcrutatus eſt*, Senior
„ Plinius, nempe, ut Brietius ſcribit: Nam ad radices Stabiarum
„ e regione Pompejorum recto terreſtri itinere, nullaque navium
„ ope devenit: ibi ſtetit cuncta rimaturus; ſed excreſcente fumo,
„ locoque illo eadem ſulphuris exhalatione undequaque circum-
„ obnubilato miſerrime interiit, & praeſertim ex propria corporis
„ complexione ſulphuris halitibus obnoxia nimis. Audiatur ite-
„ rum Plinius Nepos, qui omnia luculenter, & ita diſtincte expen-
„ dit, ut omnino diſſolvantur ſophiſmata Leonis. Sequitur enim:
„ *Ille agreſtium trepidatione igni relictas deſertaſque villas per ſo-*
„ *litudinem ardere in remedium formidinis dictitabat. Tum ſe quie-*
„ *ti dedit, & quievit veriſſimo ſomno. Nam meatus, qui illi pro-*
„ *pter amplitudinem corporis gravior, & ſonantior erat, ab iis, qui*
„ *limini obverſabantur, audiebatur. Sed area, ex qua diaeta adi-*
„ *batur, ita jam cinere miſtiſque pumicibus oppleta ſurrexerat, ut*
„ *ſi longior in cubiculo mora eſſet, exitus negaretur. Excitatus*
„ *procedit, ſeque Pamponiano, ceteriſque, qui pervigilarant, red-*
„ *dit. In commune conſultant, intrane tecta ſubſiſtant, an in aper-*
„ *to vagentur, nam crebris vaſtiſque tremoribus tecta nutabant,*
„ *& quaſi emota ſedibus ſuis, nunc huc, nunc illuc abire, aut*
„ *referri videbantur. Sub dio rurſus, quamquam levium exeſo-*
„ *rumque pumicum caſus metuebatur: quod tamen malorum colla-*
„ *tio elegit. Et apud illum quidem ratio rationem, apud alios ti-*
„ *morem timor vicit. Cervicalia capitibus impoſita linteis conſtrin-*
„ *gunt. Id munimentum adverſus incidentia fuit. Jam dies alibi,*
„ *illic nox omnibus nigrior denſiorque: quam tamen faces multae,*
„ *variaque lumina ſolvebant. Placuit egredi in litus, & ex proxi-*
„ *mo aſpicere, quid jam mare admitteret, quod adhuc vaſtum, &*
„ *adverſum permanebat. Ibi ſuper abjectum linteum recubans ſe-*
„ *dit: atque iterum frigidam popoſcit, hauſitque. Deinde flammae,*
„ *flammarumque praenuntius odor ſulphuris alios in ſugam ver-*

„ *tunt, excitant illum, qui innixus servis duobus assurrexit, &*
„ *statim concidit (ut ego conjecto) crassiore caligine spiritu obstru-*
„ *cto clausoque stomacho, qui illi natura invalidus, & angustus,*
„ *& frequenter intus aestuans erat*. Haec, inquam, omnia pur-
„ gato oculo lustrata ita luculenter Castrum maris indicant, ubi
„ Plinius Avunculus infeliciter obiit, ut alibi velle Stabias fingere
„ sit penitus delirare.

„ Ex eisdem etiam verbis clare dignoscitur, quod Plinius Phi-
„ losophus rectum cursum rectaque tenuit gubernacula, dum no-
„ stras Stabias, secus vero Pompejanum divertit; neque illi neces-
„ se fuit retroflectere, ut comminiscitur Ambrosius, quandoqui-
„ dem e Stabiis, seu Stabiarum termino ex parte terrae, seu e re-
„ gione Pompejorum veteri earum situ pensato, cuncta, ut dixi,
„ potuit penitius perscrutari, faciliusque ei erat ex eisdem nostris
„ Stabiis motus omnes, omnesque figuras Vesuviani incendii ad-
„ notare, atque dictare, quae nullimode in Turri Nunciatae age-
„ re fas ei erat. Quare in hoc certe hallucinatur Ambrosius, qui,
„ de Veteribus Stabiis loquens, non animadvertit pristinum sta-
„ tum, quem adtendit Plinius Nepos, sed praesentem solummo-
„ do prae oculis habuit. Quid ultra? Et in hoc etiam pessume fuit
„ hallucinatus, nam & in praesenti hoc quoque statu, considera-
„ to infelici illo eventu Vesuviani incendii, libratoque litore Sta-
„ biano ad Petram Herculis usque facilius certe fuit Plinio praefa-
„ ta omnia intueri. Sed iterum iterumque dicimus Plinii Nepotis
„ textum expendendum fore juxta illius temporis conditionem,
„ ut notum est cunctis.

„ Ut autem nostra demonstratio, quam evidentissimam es-
„ se nemo, qui sapit, inficias ibit; magis, magisque firmetur,
„ lubet in medium promere Cl. Johannis Mariae Catanei com-
„ mentarium in praelaudatam Epistolam Plinii Junioris. Sic enim
„ ille scribit: *Pomponianum pete*: Dirige cursum Stabias versus,
„ ubi erat Pomponianus Plinii Amicus, qui fugam parabat:
„ (Stabiis) Plinius in descriptione Italiae: *Stabiae*, inquit, *in*
„ *agro Campano Oppidum fuit usque ad Cn. Pompejum, & L. Car-*
„ *bonem Coss. a pridie Calen. Maji, quo die Sylla Legatus bello so-*
„ *ciali id delevit, quod nunc in Villas abiit*. Ejus ex agro de-
„ currunt amoenissimi fluvii. Quare Columella in *Cultu hortorum*
„ dixit. *Fontibus Stabias celebres & Vesuvia rura*, & Plinius
„ *Lib.* 31. *In Stabiano agro aqua, quae vocatur dimidia, calcu-*
„ *losis medetur. Lib. VI. naturalium Quaestionum* apud Senecam
„ cor-

„ corrupte legitur *Litus Stabiarum*, tu restitue *Stabianum* a Stabiis. *Perveneratque sinu medio*. Ingressusque fuerat maris sinum Pomponianus: legitur etiam *diremtus sinu medio*, divisus scilicet, & securus a tempestate ob portum, quem fuerat ingressus. *Nam sensim*. Non mirum si in tuto erat Pomponianus, quamvis in mari, cum illa loca habeant littora curva, quare sinum tutum ab aestu reddunt, & in ea paulatim mare infunditur. Nam Seneca monumentis reliquit ab altera parte Pompejorum Surrentinum Stabianumque littus, ab altera Herculanense convenire, & mare ex aperto circumductum amoenissimo sinu cingere. Et ex his iterum adnota contra Leonem τὸ *Stabiis erat*, vel ex eo non posse conjungi cum Plinio, nec Turri Nunciatae Stabias posse adfigi, quia, ut ex eadem Epistola constat, tunc dehortanti navis gubernatori Plinius respondit *fortes fortuna juvat*, *&c.* quum vix transvadata Retina Herculaneum fere adcessit, ubi majus periculum erat, nec Sinum, seu Fretum Stabiense adhuc erat ingressus.

„ Neque per volam, aut per hilum ab eadem explicatione recedunt alii viri Docti, qui universim laudati Plinii Nepotis textum expendentes, nostras Stabias ita vivis coloribus depinxerunt, ut ab eis penitus arceatur Turris Nunciatae ab Ambrosio Leone conficta, ut prae ceteris constat ex editione Lugduni Batavorum 1669. notis integris Isaaci Casauboni, Jani Gruteri, Henrici Stephani, Caspaiis Barthii, Johannis Frede, & Gronomii ab Johanne Venhusio selectis. In ea enim ex hisce Cll. VV. hic adjicitur commentarius Plinii verbis, *Stabiis*: Plinius in descriptione Italiae Stabiae, inquit, in agro Campano oppidum fuit, usque ad Cn. Pompejum, & L. Carbonem Coss. a pridie Calend. Maji, quo die Silla Legatus bello sociali id delevit, quod nunc in villas abiit. Ejus ex agro decurrunt amoenissimi fluvii. Quod certe de Turris Nunciatae agro dici non potest, quum nulli ex eo fluvii effluant, ut actutum adversus Ambrosium Leonem ostendetur. Additur ibidem: Non mirum si in tuto erat Pomponianus, quamvis in mari, quum illa loca habeant littora curva, quae situm tutum ab aestu reddant, & in ea paulatim mare infundatur, nam Seneca monumentis reliquit ab altera parte Pompejorum Surrentinum Stabianumque littus, ab altera Herculanense convenire. Ex quibus verbis evidentissime colligitur Veteres Stabias longe distasse a Turri Nunciatae.

„ Quae tandem Ambrosius addit ad novi sui inventi, &

„ pro-

„ propterea commenti (ut postea ostendam) firmitatem, & robur, ita festiva sunt, ut Heraclitum ipsum, si viveret, excitarent ad risum. Quid enim ad fides explicatio adjecta textui Columellae, *fontes* pro *puteis* interpetrando? Notum est cunctis, vel ipsis etiam puerulis manum ferulae submittere consuetis, toto coelo distare, ac sese inter nimium differre puteos, & fontes. Fontes enim dicti sunt ab aqua fundenda: putei vero fossae sunt scrobes aquam in imo scaturientem in se ipsis retinentes, ac conservantes. Quare longe ab intento Columellae Principibus Latinae linguae Scriptoribus merito adcensendi abeunt putei Turris Nunciatae, & solum Castrimaris Urbi competunt fontes, quibus *celebres Stabias* Columella cecinit, & reapse ita esse ostensum est supra. Quod vero aliquando Pompejani laudati exstiterint fontes, quo monumento probat Ambrosius, qui opinando dumtaxat, & divinando id ait? At magis magisque scurrilis est nova ejus lectio, qua τὸ Columellae *fontibus* vertit *flatibus*. Cur enim non & *fluctibus* celebrem inquit Turrim Nunciatae? quum non semel ejus mare spumet, & in fluctus elatum scopulos inundat, & litus, quinimo, & proximam litori terram, ac etiam domos a duobus praesertim ventis agitatum, nimirum, ab eo, *qui venit e tepido Gangeticus Austro*. Et quem *Hesperia sub sede tenet dextra Africus udum-Libonetum*, ut Cl.P.Giannettasii phrasi, & musa utar ad rem nostram edifferendam.

„ Ita, inquam, vertere poterat Ambrosius, & metro servato indemni, & veritate facti fideliter expressa. At quis non videt non secus hanc, quam Leoninam lectionem ad naenias, & gerras fore amandandam? Nulla unquam Civitas, nullusque locus ventorum afflatu celebritatem meruit unde commendaretur; heinc supra laudatus Galenus, qui nostrarum Stabiarum situm, & dotes expendit, nunquam eas ex ventorum, esto saluberrimorum, afflatu celebres dixit, & Strabo idipsum egit, dum de Herculaneo loquens ait: Proximum est oppidum Heraclae, incumbens mari promontorium habens, mirum in modum vento afflatum Africo: adeout saluberrime ipsa addatur habitatio. Ubi, ut constat, salubritatis, non celebritatis ex Africo meminit; quanto magis id praestitit Columella Stabiarum peculiarem praerogativam expendens? Lac quoque Stabianum Galeno commendatum Pompejano adscribit Ambrosius ex selecto grege ovium caprearumque, quas in Tur-

„ ri

„ ri Nunciatae ea propter adserit retineri. Sed iterum iterumque
„ eum impingit in montem, quem non vidit a Galeno descri-
„ ptum, ubi etiam pascua pecoribus salubria exstare commemo-
„ ravit. Nec vidit quaenam sint pecora ista, quae Stabiano in
„ monte Galenus expressit. Audiat ergo tantum virum, & desi-
„ nat effutire, quum ad ventilandam ejus opinationem alia sup-
„ petant addenda. Ita enim *ibidem* loquitur Medicorum Prin-
„ ceps: *Pecora autem, quae in colle ad Tabias pascuntur, boves*
„ *sunt*. Quam misere igitur nutat Ambrosii Leonis fides, quin
„ insuper, & ruit, dum ad novitiae opinationis suae fulcimen-
„ tum perperam Veterum monumenta laudare contendit.

Verum enim vero etsi sciens prudens sibi videatur Milante, splendidissime tamen fallitur; nec nisi ampullosis illis verbis aërem verberat; quinimo perbellas suas ratiunculas ne hili quidem, aut titivilitii facerem; nam quae de Antiquis Stabiis refert Seneca, nullo modo quadrare possunt, vel convenire praesenti Castrimaris situi; cui rei comprobandae etiam deposito pignore me juramento, si ad id adigerer, adstringerem; nam neque aër Castrimaris, quem tantopere commendat Seneca ob situm, nunc salubris est, verum communi omnium Medicorum calculo maxime noxius,& contaminatus;hyeme enim ab altissimo illo Gauro, sive Aureo monte perpetuis nivibus damnato, qui ei ingruit, & imminet, sol arcetur, & defenditur, ac proinde crassus, spissus, ac humidus ex enatis, densatisque vaporibus, qui a sole dissolui, & evanescere solent, redditur; Aestate vero ex vicinis aquis stagnantibus Sarni fluminis, ac paludibus contagione quadam inficitur: neque ad radices Vesuvii montis Castrum maris accubat, sed quam longissime distat; neque exinde meticulosus quisque, quidquam formidare sibi potuisset a saxis immanibus, lapidibusque in altum jaculatis, flammarumque vorticibus, ac voluminibus,quae impossibile ferme erat ad praesens Castrum ad mare ob decem,& ultra milliarium distantiam potuisse a Vesevo propelli,atque protrudi, e quibus tamen Plinius suffocatus interiit, ut refert Plinius Junior.

E re autem esse ducimus hanc eruptionem Vesuvii (sive prima ea fuerit, sive aliae praecesserint, ut multis placet (a)) quae anno Christi accidit sexagesimo quinto, uti refert idem Pli-

(a) *Vide Caspar Paragall. in Histor. Vesuvii; Franciscum Siraum: Memoire de Litterature tom.15. des Emprasement du Mont Vesuv.,Recupitum de incendiis Montis Vesuvii &c.*

Plinius Junior (a), Dio Cassius (b), Dionysius Halicarnasseus (c), Svetonius (d), Cluverius (e), & Orosius (f), ab ipso Dione Coccejano, uti a Georgio Merola est interpretatus, audire (g). *Sub Tito in Campania horrenda, & miranda quaedam obtigerunt; magnus enim ignis per autumnum subito exarsit. Mons enim Vesuvius, qui juxta Neapolim ad mare vergit, abundantes ignis fontes habet, olim undique altus (ab cujus medio ignis exoritur, quae pars solum igne comprehensa fuit) extra haec omnia sine igne etiam nunc manent. Ex hoc cum cetera essent incombusta, media vero exusta, & in cinerem redacta, juga circumstantia usque nunc manent. Quodcumque ambustum est, atque consumptum tempore vacuum factum est: ut mons omnis, si licet magnis parva conferre, similis est venatorio Theatro. Vertex arbores, & vites habet: Circulus ab igne latior factus, per dies fumum, noctu flammam emittit, ut videantur in eo odores evaporari, & sacrificia fieri. Et quidem semper, interim vero magis, interim vero minus: saepe vero cineres effundit, quando scilicet aliquid coactum subsederit: lapides sursum mittit. Quoties vero e spiritu, & vento violatur, sonat, & stridet, ceu non coacta, & constricta, sed rara, & occulta spiracula habens. Talis igitur est Vesuvius, & hoc quidem in eo per annum plurimum fit. Quaecumque vero id temporis accidere, quamvis magna, & praeter solitum visa sint parva, tamen ad comparationem eorum, quae tunc acciderant, etiam si omnia in unum conferantur, parva existimari possunt. Quae quidem sic habebant: viri multi, atque magni humanam omnem naturam excedentes, quales gigantes scribuntur, partim in monte, partim in finitima regione per Urbes interdiu, atque noctu per terram oberrantes, & in aere procurrentes videbantur. Post haec vehemens siccitas, & vehementes terraemotus subito facti sunt, ut planities illa universa aquis scaturiret, & montes subsilirent; sonitus a cavernis subterraneis tonitruis persimiles; superne vero, & in terra mugire videbantur. Mare vero fremebat, & Coelum resonabat.*

Post

(a) *Plin. in sexto Epistol.lib. Epist.*16.

(b) *Dio Cass. lib.*66. *Histor. Rom. pag.* 755. *edit. Hanoviae* 1606. *Verum haec citatio Dionis juxta interpret. Guilielmi Xylandri.*

(c) *Dionys. Halicarnas. lib.*1.

(d) *Sveton. Tranquil. in Tito num.* 8. *pag.*35. *edit. Amstelodami* 1630.

(e) *Cluver. lib.*4.

(f) *Paulus Orosius Historiar. advers. Pagan.lib.*7.*cap.*9. *pag.* 596. *edit. Coloniae* 1582.

(g) *Conflagratio Vesevi montis ex Dione, Georgio Merola Alexandrino interprete, quae extat separata ab Historia Cassii in collectione variorum Historic.edit.Coloniae* 1527.*pag.*145.

Poſt haec fragor immenſus ſubito, ceu concidentium montium audiebatur. Exiliebant primum lapides ingentes, quaſi ad ſummam montium exirent. Deinde tantus fuit ignis, & fumus, ut aera totum obumbraret, totum vero ſolem occultaret, ceu defectum. Mox vero ex die nox, & tenebrae ex luce factae ſunt. Et exiſtimabant gigantes inſurrexiſſe. Apparebant quidem illorum effigies in fumo: praeterea tubarum ſonitus audiebantur. Putabant alii adveniſſe Chaos, vel per ignem mundum abſumi: atque fugiebant partim ex domibus in vias, alii extra, alii vero ex mari in terram: & rurſus ex terra in mare: quidam vero trepidi, & amentes, utpote qui exiſtimabant quid ſecurius eſſe praeſens. Haec autem ſimul ac facta ſunt, eructabat immenſus cinis; occupabat enim terram, mare, & aera: & multa quidem alia ſigna accidebant: laedebantur homines ſcilicet, regiones, & pecora, piſces, praeterea aves abſumebat. Inſuper duae Civitates conflagrarunt, Herculaneum, & Pompeji. Herculaneum vero, & Pompejos ſedente in theatro populo oblimavit. Tantus fuit pulvis, ut ab eo loco in Africam, & Syriam, & Aegyptum penetraverit. Pervenit etiam Romam uſque. Quin etiam aer totus imminens pulvere oppletus fuit. Sol etiam obtenebratus, obſcuratusque eſt. Nec parvus metus fuit per dies multos. Videas illic quaſi quoſdam fluvios ire pulvereos, & arenam ſterilem, impetu ferente, velut liquida fluenta decurrere. Neſciebant homines quid factum eſt, nec conjectari, unde factum eſt. Exiſtimabant enim quae ſupra, & infra erant, everti, ſolem in terram deſcendere. Cinis autem nihil magni incommodi attulit &c. Xiphilinus vero haec habet (*a*): Τοσαύτη γὰρ ἡ πᾶσα κόνις ἐγίνετο, ὥστ' ἀπ' αὐτῆς ἦλθε μὲν ϗ ἐς Ἀφρικὴν, ϗ Συρίαν, ϗ ἐς Αἴγυπτον &c. Et Caſſiodorus (*b*): *Volat per mare magnum cinis decoctus, & terrenis nubibus excitatis transmarinas quoque Provincias pulvereis guttis complevit; & quid Campania pati poſſit, agnoſcitur, quando malum ejus in Orbis alia parte ſentitur.*

Eandem conflagrationem Veſuvii montis ſic Hieronymus Borgia deflevit:

Senſit procul Africa tellus
Tunc ex pulvereis geminata incendia nimbis:
Senſit & Aegyptus, Memphisque, & Nilus atrocem
Tempeſtatem illam Campano e littore miſſam;

(a) *Joh.Xiphilinus in Epit.Dion.in Tito. opera S.Garetii e Congregat.S.Mauri edit.*
(b) *Caſſiodor. variar. lib. 4. epiſt. 50. Venet. ann. 1729. pag. 71. tom. 1.*

Nec caruisse ferunt Asiam, Syriamque tremenda
Peste.

Bodinus, qui cunctorum Historicorum censor est, videtur haec deridere, sed contra omnium fidem, & contra veritatem manibus prope palpatam (a).

Tantum autem abest, ut sententiae Ambrosii Leonis adversetur Epistola Ciceronis, quod potius mirifice ei velificetur; scribit enim Tullius Mario Pompejis commoranti, ac perianti (b); *Neque tamen dubito, quin tu ex illo cubiculo, ex quo tibi Stabianum perforasti, & patefecisti Sejanum, per eos dies matutina tempora lectiunculis consumpseris*. Marius enim Pompejis rusticans domi suae novam excitando fenestram Stabianum sibi perforavit, hoc est, aperuit, patefecitque; Pompeji enim in loco, ubi nunc Turris octavi lapidis (sic dicta, quia octo ferme millibus passuum a Neapoli distat, & vulgo *Torre del Greco* appellatur) siti erant; de quibus Seneca scripsit (c), *Celebrem Campaniae Urbem, in qua ab altera parte Surrentum, Stabianumque litus: ab altera Herculanense conveniunt, mareque ex aperto reductum amoeno situ cingunt, decidisse terraemotu, vexatis, quaecumque adjacent, regionibus*. Et Servius sic de eis loquitur: *Hercules in quadam Campaniae Urbe pompam triumphis suis exhibuit, unde Pompeji dicitur Civitas*. Hinc volupe, & pronum est conjectare, imo certo certius adserere, Marium Pompejis apricantem fenestram sibi aperuisse, ex qua Turrim Annunciatae, ubi Stabiae erant, spectaret.

Utque ea res clariori in lumine exponatur, sciendum est, Herculaneum, Pompejos, & Stabias fuisse Civitates adeo contiguas, ac conterminas, ut sibi veluti manus darent, & una prorsus Urbs indivulsa appareret, uti habetur apud Florum (d): *Urbes ad mare Formiae, Cumae, Puteoli, Neapolis, Herculaneum, Pompeji*. Et ab Antonio Sanfelicio apertius describitur (e): *Pausilypus mons, si quis alius prospectu gaudet locorum latepatenti, vario, & jucundissimo, adspicit Campaniam, imo si quid amoenius, si quid delicatius Campaniae datum est a natura, quaecumque scilicet Oppida,*

pida,

(a) *Vide de eodem Vesuvio Blanchinum in Histor. Universal. Romae 1699. pag. 246., relata a domino Freret, & Nicolaum de Martino ann. 1737. Naudeum in incendiis Vesuvii: Guicciardinum, Doni Gori in Inscriptionibus: Recupitum in Incendiis Vesuvii: Peregrinum in Campania Felici pag. 317. aliosque.*

(b) *Marc. Tull. Cicer. Epistolar. Familiar. lib. 7. Epist. 1. ad Marium.*

(c) *Seneca lib. 6. quaest. natural. cap. 1.*

(d) *Flor. lib. 1. cap. 16.*

(e) *Antonius Sanfelic. Junior in notis ad Campaniam Antonii Sanfelicii Senioris num. 147.*

pida, Vici, Villaeque a Miseno ad Athenaeum Promontorium perpetua veluti corona Neapolitanum Cratera cingunt, exornant, ut unius Urbis faciem praebeant, ut loquitur Strabo lib.5. Itaque ab Oriente prospicit Neapolim, subjectosque Vicos, bicipiti Vesuvio, elegantissimis Villis, & Aedificiis adornatos, vulgo Terducium, Barnam, Leucopetram, Porticum, Retinam, Herculaneum, Opulentos, & Pompejos. Praeterea Urbes ex Picentinorum regione ad Meridiem propius in intimo crateris recessu Stabias, Vicum Aequensem, Surrentum, & Massam Lubrensem in extremo excursu Surrentini Promontorii, sive Minervae, sive Sirenusarum a Templo Minervae, & Sirenum, quarum ibi sedes, unde Insulae Sirenusae in sinu Paestano, quae occurrunt ubi Promontorium circumflexeris ex Strabone lib.5.; de quibus Virgilius (a):

Jamque adeo scopulos Sirenum advecta subibat
Difficiles quondam, multorumque ossibus albos.

Cumque superioribus annis Noster Invictus Carolus Rex Borbonius Porticus plagam frequentare, atque in ea per anni tempora otiari consuesset, Villam ibi, & magnificentissimam domum Regifico sane sumptu erexit, a qua non longe aberat puteus, e cujus fundo plerasque statuas marmoreas, columnasque erutas fuisse Principis Elbufii jussu fama ferebat, quod & in Historia Universali Blanchini habetur (b). Hic excavari Rex felicissime, auspicatissimeque mandavit anno 1738., & primum inde emersere duae Statuae marmoreae togatae mirae altitudinis; deinde egressi fossores e puteo, & terram circumquaque volventes, eruentesque Urbem fere integram priscum Herculaneum, ejusque Theatrum cum sequenti Inscriptione invenerunt:

L.ANNIUS.MAMMIANUS.RUFUS II·VIR.QUINQ.THEATR.O.
P. NUMISIUS. P. F. ARCH. EC.....

Quod sane magnum antiquitati lumen praetulit, & Mazochio in Amphitheatro Campano multum adjungit firmitatis: cujus Theatri ejusmodi relatio prodiit in Galliis, & in Britannia Gallico sermone, qui sic Italice redditur (c): *Il Teatro è fatto come tutti gl' antichi Teatri a ferro di cavallo, descrivendo cioè un semicircolo, nell' interiore del quale sono racchiusi* 21. *gradini, che partono dal medesimo centro, il diametro de' quali diviene però più grande a misura, che i gradini s'innalzano. Termina questo Circolo in un quadro lungo diviso in trè parti. Quella di mezzo ha tutta la*

(a) *Virgil. Aeneid. lib.5.*
(b) *Blanc.Hist.Univ. Rom.1699. p.246.*
(c) *D.Marcello de Venuti Delle prime scoperte dell' Antica Città d'Ercolano p.75.*

sua larghezza, che si distende dal terzo gradino abbasso a quello, che gli è opposto dall' altra parte, ed aveva nel fondo una facciata d' ordine Dorico, nella quale vi erano trè uscite. Ivi era il Pulpito, o Proscenio, ove gli Attori rappresentavano, essendo il loro Proscenio dietro la facciata; e le altre due parti del quadro lungo occupano dal terzo gradino abbasso sino alla più grande larghezza dei fianchi del Teatro. Lo spazio, che si ritrova trà il Pulpito, e i gradini era l' Orchestra, trovandovisi ancora sotto la scena una quantità di legno ridotta in carbone; il che prova, che questo Teatro era stato fabbricato da Greci, poichè trà i Romani essendo l'Orchestra destinata a i Senatori, ed alle Vestali, era inutile di farvi de' banchi, e de' sedili, che furono inventati dagli Ateniesi anticamente per dar luogo a i ballerini. Tutta la parte superiore della Scena era ancora guarnita di un gran numero di pezzi di legno, che abbruciati come erano, molto bene ancora conservavano la loro forma, perche conghietturare si potesse, che questo Teatro avea delle machine, che erano egualmente comuni a i Greci, e a i Romani. Avevano i primi de' voli, mutazioni, e decorazioni, come le nostre; e tra i Romani sappiamo, che un' Attore, il quale rappresentava il volo d' Icaro, vi riuscì troppo; poichè andò a cadere a i piedi di Nerone, e lo spruzzò del suo sangue. Tre gallerie erano inalzate l' una sopra dell' altra non già perpendicolarmente, ma in forma, che il loro muro inferiore appoggiandosi contro i gradini serviva di portico per entrare nel Teatro, e per collocarvisi. La parte superiore era la sola, che fosse coperta, perche era destinata alle Donne. Finalmente questo magnifico Edifizio era interiormente incrostato de i più bei marmi dell' antichità, arricchito di colonne, e di statue, esistenti ancora la più parte ne i loro luoghi, e così ben conservate, che facile sarebbe stato il restituirle in tutta la sua perfezione. Qualunque precauzione per altro siasi presa, per conoscere il piano, nel quale si cava per darne quì un'idea, non possiamo però assicurare, che le dimensioni siano infallibilmente sicure. Il Teatro non si è potuto vedere, che a parte, a parte; onde le dilui parti non sono state visibili, che successivamente; avvegnache per votarne una, conveniva riempire l'altra; ed ora appena se ne può vedere la metà.

Mox duae aliae statuae defossae sunt pulcherrimae Augusti, & Liviae; plures etiam non integrae inscriptiones, nempe

IMP.

IMP. T. VESPA.......
CAESARI. AU........
TRIB. P. COS. Γ........ M.
........M.................
DOMITIAE. CN. F.
DOMITIANI. CAESARIS.

D.	D.
DIVO. JULIO.	AUGUSTO. DIVI. F.
AUGUSTALES.	AUGUSTALES.

L. MAMMIO. MAXIMO.
AUGUSTALI
MUNICIPES. ET. INCOLAE.
AERE. CONLATO.

Demum eximia equeſtris ſtatua marmorea incomparabilis majeſtatis cum hac inſcriptione:

M. NONIO. M. F.
BALBO
PR. PRO. COS.
HERCULANENSES.

Praecipuum noſtri ſeculi eruditorum lumen peſſime de hac ſtatua ſenſerat: *Non ſi trova nell'antichità, chi ſia queſto Nonio affatto: quel PR. niuno l'ha inteſo ancora &c.* Hinc ſubjungit: *Che è la più bella ſtatua adeſſo del mondo, aſſai meglio di quella di Antonino in Campidoglio, perchè più antica inſieme, e perchè veramente di più eſperto Maeſtro.* Et P.Pacciaudi Statuam Quinti Nonii appellat: *La Statua di Quinto Nonio Proconſole di tutta la Provincia, che credo ſi eſtendeſſe dall'Ercolano al Promontorio di Minerva, oggi detto Maſſa Lubrenſe*(a). Sed quantum tribus hiſce verbis in antiquitatem peccaverit doctus ceteroqui Scriptor, nemo eſt, qui non videt; cum in Italia non fuerint tunc temporis aliae Provinciae praeter Siciliam, Sardiniam, & Corſicam: Statua identidem non eſt Quinti Nonii, ſed M. Nonii (b). Quae vero fuerit gens Nonia cum cognomine Balbo, quid-

(a) *Nov. Let. di Tir. Colon.* 206. *ann.* 1748.

(b) *Nonius Romanus Senator ab Antonio fuit proſcriptus, quod illi pretioſam margaritam vendere, vel donare noluerit. Plin. lib.* 37. *cap.* 6. *Inſuper Marc. Nonius a Julio Capitolino refertur, qui in Commodum Imperat. obloquebatur. Balborum ditiſſimae Familiae, ſcilicet Lucii Cornelii Conſulis a Cicerone, Craſſo, & Pompejo defenſi mentionem facit Capitolinus ſub nomine Balbi Cornelij dicti Theophanes. Vide Ciceronem in Bruto, pro Cornel. Balb. Vellejum Paterc. lib.* 2. *cap.* 51. *Plin. lib.* 7. *cap.* 43. *Strab. lib.* 3. *Bayl. dictionar. Crit.*

quidve PR. significent non est praesentis nostri instituti (si cui non sedeat denotare Praefectum rationum, aut Patrimonii, aut Praetorem); illud tantum addere non pigebit *ad plausum Orbis literati Septemtrionalis ob vetera monumenta, quae ex recens detecta Herculani Urbe in Regno Neapolitano eruuntur, publicatum Gottingae mense Septembris an.* 1747., quem integrum dabimus in fine hujus animadversionis, ubi habet: *Hoc igitur age, Carole Rex Inclute, & illud in primis cura, ut praeficiantur negotio cauti homines, & periti harum rerum, & amantes, & , si functo jam fatis AEgyptio, Mazochius, si illorum apud vos similes &c.*, non unum Mazochium, aut AEgyptium apud nos versari, qui in intima antiquitatis penetralia inquirere possint, eaque diligentissime scrutari.

Totque etiam, tantaque Herculanensis Civitatis vestigia, rudera, ac monumenta reperta sunt, praecipue admiranda signa Aenea, & argentea, & aurea numismata, statuae quoque marmoreae Lucii Annii Mammiani Rufi, & Domitiae, ac Domitiani, Neronis, aliaeque; & picturae tam graphice concinnatae, atque egregio penicillo, vivisque coloribus expressae adhuc Dominae terrarum Urbis ingenium, majestatemque spirantes, ut nos nunquam satis mirari desierimus; & felicitatem, fortunamque Nostri Clementissimi Regis exinde auspicemur, quod hac in re nulli amplissimorum Regum, & Principum gloria cedat, imo & quam longissime antecellat. Harum antiquitatum librum superiori anno publicavit eruditus Vir D. Marcellus de Venutis (a): & egregius Praepositus Gori typis edidit, *Collectanea Antiquitatum Herculanensium*, & majora pollicentur eruditi; idcirco nullum superest dubium, hic Herculanei olim sedem, & fundamenta fuisse locata.

Et quamquam Ἀρχαιολόγοι, seu antiquarii picturas in tabulis, & telis delineatas unice in pretio habendas existiment, ut Plinius illis verbis: *sed nulla gloria artificum est, nisi eorum, qui tabulas pinxere, eoque venerabilior apparet antiquitas*; attamen maximi faciendae hae picturae, quae in parietibus delineatae celeberrimi pictoris nostri aevi Francisci Solimeni judicio, Raphaelis Urbinatis, & excellentiorum quorumcumque pictorum exuperant peritiam, ac diligentiam. Primus, qui in parietibus picturas mirifice expresserit, fuit Marcus Ludius Helotas, ab Aetolia oriundus Augusti tempore, uti Plinius (b) testatur: *Divi Augusti aetate Ludius*

(a) *D. Marcell de Venut. descrizion. delle prime scoperte dell'antica Città d'Ercolano.*

(b) *Plin. lib.* 35. *cap.* 10. *tom.* 2. *per Johann. Harduinum illustratus in usum Delphini edit. Paris.* 1723. *pag.* 702.

dius primus instituit amoenissimam parietum picturam, Villas, & Porticus, ac Topiaria opera, lucos, nemora, colles, piscinas, euripos, amnes, litora, qualia quis optaret, varias ibi obambulantium species, aut navigantium, terraque villas adeuntium asellis, aut vehiculis. Jam piscantes, aucupantesque, aut venantes, aut etiam vindemiantes, sunt in ejus exemplaribus: Nobiles, palustri accessu Villae, succollatis sponsione mulieribus, labantes, trepidique feruntur. Plurimae praeterea tales argutiae facetissimi salis. Idemque subdialibus maritimas Urbes pingere instituit blandissimo aspectu, minimoque impendio. Tametsi Pausanias Euphenorem quemdam innuat Zeuxis, & Parrhasii coaevum, qui varia pinxerat in Athenarum muris, & inter alia duodecim majores Deos, Theseum, qui leges Atheniensibus dabat; necnon pugnam Leuctrensem. Plinius vero de Ludio juniore tamquam restitutore picturae parietinae verba facere videtur, cum inquit: *Divi Augusti aetate Ludius primus instituit amoenissimam parietum picturam*. Nam antea de alio priore Ludio mentionem fecerat, qui varias picturas expresserat in Templo Junonis Ardeae, quod tamen ante Romam conditam excisum jamdiu fuerat (*a*).

Harum etiam aspectu eximitur, & abstergitur scrupulus ille, quo volebant eruditi incognitum fuisse priscis colorem viridem, & caeruleum; quippe cujus nullam fecerit Plinius mentionem; itemque optime calluisse Optices regulas, quae a Vitruvio mensurarum, & symmetriarum rationes, & a Plinio mensurae vocabulo designantur (*b*) ubi de Apelle sic fatur: *Non cedebat Amphioni de dispositione, Asclepiodoro de mensuris, hoc est, quantum quid a quo distare deberet*. Hisce vero nunquam satis pro dignitate, & industria laudatis picturis parietinis integris, ac in tuto collocatis ob Vesuvii conflagrantis naphtham, seu bitumen supra ingestum, ex quo omnis aeris, aliorumque corporum excursus, & coitio abigebatur, post septendecim ferme secula repertis simillimae prorsus erant picturae illae Neapolitanae, quas descripsit Philostratus: (*c*) *Erat quidem apud Neapolitanos hoc meum certamen. Civitas autem in Italia condita Graeci genere, atque Urbani. Unde & orationis studio Graecanici sunt. Mihi autem meditationes in propatulo minime facere volenti, adolescentes hospitis domum frequentantes,*

(a) *Plinius lib.35. cap.10.*

(b) *Vitruvius lib.1.pag.2. de Architectura cap.1. & lib.6 cap.2.*

(c) *Flavius Philostratus de imaginibus lib.1. pag.731. Stephano Nigro Interprete edit. Parisiens. 1608.*

tantes, perturbationem, ac molestiam praebebant. Divertebam itaque extra moenia in Suburbio ad mare vergente, in quo porticus quaedam ad Favonium ventum exaedificata erat, quatuor (puto) vel etiam quinque tectis Tyrrhenum respiciens mare; fulgurabat autem & lapidibus, quoscumque delitiae commendant. Maxime vero picturis florebat, ipsis appensis tabellis, quas (ut mihi videtur) non sine maximo labore quispiam collegerat. Plurimorum enim pictorum in ipsis indicabatur sapientia. Ego autem & per me ipsam picturam laudare constituebam; sed erat hospiti filius admodum juvenis, in decimum jam annum & auditionis studiosus, & disciplinarum cupidus, qui me ipsas adeuntem observabat, neque, ut interpretarer, rogabat. Ne itaque me rudem arbitraretur; erunt haec, inquam, & cum primum juvenes venerint, ostendam. Quare cum venissent, puer, inquam, proponatur, ipsique sermonis studium dedicetur; vos vero sequimini non modo consentientes, verum etsi quid non plane dixerim, percontantes. Et Petronius Arbiter de Pinacotheca Neapolitana (a): *In Pinacothecam perveni vario genere tabularum mirabilem. Nam & Zeuxidos manus vidi non dum vetustatis injuria victas, & Protogenis rudimenta cum ipsius naturae veritate certantia, non sine quodam horrore tractavi. Jam vero Apellis, quem Graeci Monochromon appellant, etiam adoravi. Tanta enim subtilitate extremitates imaginum erant ad similitudinem praecisae, ut crederes etiam animorum esse picturam. Hinc Aquila ferebat Coelo sublimis Deum; illinc candidus Hylas repellebat improbam Najada. Damnabat Apollo noxias manus, lyramque resolutam modo nato flore honorabat. Inter quos etiam Deorum amantium vultus, tamquam in solitudine exclamavi: ergo amor etiam Deos tangit? Juppiter in Coelo suo non invenit quod eligeret, & peccaturus in terris, nemini tamen injuriam fecit.*

In ancipiti igitur amplius haerendum non est, in vicina Turri octavi lapidis, vulgo *Torre del Greco*, conditos Pompejos; in Turri vero Annunciatae sitas fuisse Stabias, Civitates quater mille fere passibus tantum invicem disjectas, atque sejunctas. Et quamvis Capacius (b) hujus rei ignarus fuerit: tamen ad veritatem propius accessisse, imo acu, ut ajunt, rem tetigisse visus est, ex aliorum tamen sententia; cum de Stabiis ita loquitur; *Ubi fuerit hoc Oppidum conditum inter multos orta est quaestio; pla-*

(a) *Petronius Arbiter in Satyric. c. 43. ann. 1629. pag. 19. edit. Francofurti ad Moenum*

(b) *Julius Caesar. Capac. lib. 2. fol. 470.*

placuit plerisque ibi aedificatum fuisse, ubi hoc tempore ad Vesuvii ruinas cernimus, quas Civitatem vulgus appellat. Haec autem Civitas, quae vulgari sermone dicitur *la Civita*, non multum ab Annunciatae Turri abest, atque in ea plura nec parvipendenda antiquitatis monumenta visuntur. Marinus vero Freccia locupletissimus testis oculatus Patritius Neapolitanus, qui tamen a vicinis Literis originem trahebat, in non multo dissimilem cum Volaterrano, Blondo, aliisque, quorum melior sententia menti, pedibus ivit opinionem, dicens (a): *Crebrior est opinio in eo fuisse loco, qui hodie S. Marcus Veter dicitur, & non ubi Turris Annunciatae est, in qua aliqua conspexi antiquitatum vestigia: inter enim locum, qui vulgo dicitur la Civita, & S. Marcum veterem, vulgo detto Ponte di S. Marco, non amplius quam mille passuum intercapedo interponitur; quapropter uterque locus destructae Stabiarum Civitatis situs esse poterit.* Profecto situs hic a Marino Freccia indigitatus medius est inter Turrim Annunciatae, & Castrum ad mare, magis autem ad eandem Turrim accedit, in quo ipsiusmet Suprema Nostri Fortunatissimi Regis Auctoritas, sicuti prius vetus Herculaneum in Villa, quae Porticus dicitur, ita nunc Stabias e tenebris, & coeno revocavit; omnesque ambages, & quaestiones explicuit, & jugulum veluti causae petiit; jam enim ibi excavantur immania Aedificiorum saxa, jam prodeunt columnae marmoreae, jam signa, simulacra omnis generis, officinae, & cetera Civitatis priscae monumenta, quae nos ipsi ingenti quadam voluptate perfusi, sumus admirati; nam rei novitate permoti, qua, fama vulgante, ferebatur antiquum Stabianae Urbis situm a Regiis fossoribus esse detectum, illuc accessimus; & in confinio Turris Annunciatae, a Castro ad mare ad duo, & amplius circiter millia passuum distante, ubi dicitur *Ponte di S. Marco*, observavimus vetustae Urbis vestigia, loculamenta, domosque, & cetera rudera e pulvere, sordibus, ac squalore post tot secula feliciter erepta, ac vindicata.

In primis vero suspeximus vas aeneum praegrande altitudinis palmorum quatuor variis solidis argenteis ornamentis anaglyptice distinctum: deinde pulcherrimum ex marmore simulacrum, quod ubi in Regias Aedes perlatum fuit, magnis animorum flexibus, & contentione disputatum, cujusnam esset mulierisne, an vero ephebi (facies enim, & aspectus intonsus, & li-

(a) *Marin. Frecc. lib. 1. fol. 59. edit.* 1554.

liberalis formae; tandem Reginae Nostrae Amaliae lectissimae Feminae ne dum pietate, & virtutibus, sed etiam ingenii acumine praestantissimae judicio lis dirempta est, illud muliebre esse adseverantis. Procul dubio eam non fefellit opinio; Scriboniae enim imaginem reputamus Filiae M. Crassi Frugi, qui sub Nerone vixit, teste Seneca, cujus etiam jussu ob scelera, & flagitia fuit interemptus; inventae namque eodem in loco sunt Thermae M. Crassi Frugi cum hac marmorea inscriptione:

THERMAE
M. CRASSI FRUGI
AQUA MARINA, ET BALN.
AQUAE DULCIS JANUARIUS L.

Quam autem vetusta, amplissimaque fuerit Romana Liciniorum Crassorum Familia, neminem vel mediocriter in Latina antiquitate versatum latere arbitramur; eas vero Thermas tempestive ipsissimas credimus fuisse quas describit Stabiis Galenus. Picturas idemtidem in muro egregio penicillo graphice delineatas offendimus, inter quas insignis Mercurius dextra marsupium tenens, tanquam marsupiorum corrasor, & *crumenisecа*; sinistra vero caduceum cum serpentibus, alas in capite, & pedibus ostentans, quod foederum, & induciarum inventor perhibeatur, ad quae pacis, & internuncii munera obeunda caduceus adsignatus fuerat, cum geminis anguibus mutuo connexu circumvolutis, in concordiae Symbolum, atque securitatis, unde caduciferi cognomentum mutuatus. Ovid.

Tartara jussus adit sumptis Caducifer alis

& Virgilius (*a*).

Ille Patris Magni parere parabat
Imperio, & primum pedibus talaria nectit
Aurea, quae sublimem alis, sive Aequora supra,
Seu terram rapido pariter cum flamine portant,
Cum virgam capit.

Et Statius (*b*)

Paret Athlantiades dictis genitoris, & inde
Summa pedum propere plantaribus illigat alis,
Obnubitque comas, & temperat astra galero:
Tum dextrae virgam inseruit (c)

Mer-

(a) *Virgil. lib.4. Aeneid.*
(b) *Statius lib.1.Theb.*
(c) *Vide L. Gregor. Girardum Syntagmat. 9.*

Mercurius quoque Viacus, seu Terminalis Deus saepe pro limite Urbium, & fundorum apponebatur, quem Varro Viacum, quasi Viarum Deum, & Praesidem appellat, & Hermae, hoc est Mercurii dicebantur lapides Terminales, unde Lactantius ait: *Huic ergo publice supplicatur quasi custodi finium Deo, qui non tantum lapis, sed etiam stipes interdum est.* Thucydides affirmat Graecos nunquam se in viam dedisse, nisi prius adorato Mercurio Evodio, & peregrinantes ante discessum cumulum lapidum apud Mercurium congerebant, quem acervum Mercurii vocabant:

Sacrum Mercurio fecerunt praetereuntes
Me lapidum cumulum (a)

Et apud Gruterum haec Inscriptio habetur (b):

DEO. MERCUR.
VIACO.
M. ATILIUS.
EX VOTO.

Sicuti apud Sponium (c)

DEO. QUI. VIAS.
ET. SEMITAS.
COMMENTUS. EST.

Inter Aegyptios cumprimis celebrabatur Mercurius Theuth ab illis appellatus, ut est apud Platonem (d), vel Toyth uti apud Ciceronem (e), quem tamen Varro licet doctissimus cum Coelo, & Saturno perperam confundit. Pro Mose illum acceperunt Graeci; nomen vero ἑρμῆς indiderunt, quem ex patre Mosis Amrami deduxerunt, ut auctor est Eustathius in Dionysii Periogesin. Imbramus ille, pro quo Mercurius accipitur, ipse est Amram, sive Moses Patris Amrami nomen gerens. Hoc autem nomen Amram si ad Graecanicum morem refingas erit αμβρας sive ἰμβρας; atque inde transpositis literis fiet ἀρμας, seu ἑρμῆς, quod est Mercurius. Praeterea Moses infans aquis Nili impositus, inde extractus a Thermutide Pharaonis Filia fuit. Mercurius quoque in Tricrenis lotus est lymphis, sicuti Pausanias in Arcadicis scriptum reliquit, & quemadmodum Mercurium ob venustatem laudant Ethnici, ita Moses pulchellus infans erat, ut legitur in Exodo (f). Mercurio sexum

(a) *In Epigram. Antolog. 4. & 12. Homer. in Odiss.*

(b) *Gruter. Inscription. fol. 55. Ovid. Metamorph. Esiod. Cartar. de Imagin. Deor. Natal. Comit. in Mitholog.*

(c) *Miscellan. 6. 3. fol. 113.*

(d) *Plato in Phaedr. & Phileb.*

(e) *Cicer. lib. 3. de Natur. Deor.*

(f) *Exod. c. 2.*

utrumque tributum eſſe ab antiquis cum utriuſque inſignibus lancea, & colo Albricus obſervat (a); leges accepiſſe Judaeos a Muliere, cui nomen Moſo ſcripſit Alexander Polyhiſtor, uti habetur apud Suidam. Horae naſcentem Mercurium exceperunt, & aluerunt: lac ſuum Juno ipſa praebuit: Moſes a Regiis Puellis Nilo extractus ab ipſa Regis Filia educatus eſt. Paſtorum Deus habitus eſt Mercurius, ut ex Homeri Iliade probat Pauſanias, & legitur in Epigrammatis Antologiae (b). Paſtoralem vitam egit Moſes, & Soceri ſui Jetro oves duxit.

Mercurium Phurnutus legiferum appellat, quod appoſite quadrat in Moſem legum latorem omnium antiquiſſimum. Mercurius miniſteria in Coelo etiam vilia obibat, quapropter *Deorum Miniſter* dicitur in veteribus Epigrammatis (c), nec non Mercurius *Miniſtrator* in inſcriptionibus (d). Moſes ſervus Dei quaſi proprio, & peculiari cognomento denominatus: *Et crediderunt Domino, & Moyſi ſervo ejus* (e). Argum Mercurius juſſu Jovis occidit, *ob eamque cauſam in Aegyptum profugiſſe*, ait Cicero (f). Virum Aegyptium occidit Moſes ad Iſraelitarum ſalutem. Furax habetur Mercurius, & Furum Deus: Vaſis aureis, & argenteis, ac plurima veſte Aegyptios ut fraudarent Hebraei, Moſes auctor fuit. Ex obitis a Moſe inter Deum, & homines legationibus, Mercurius legationum, ac foederum reparator creditus. Deorum, hominumque Nuntius, ac ſequeſter habitus eſt Mercurius, & Jovis juſſa ad homines deferre. Hinc Moſes ipſe de ſe ait: *Ego ſequeſter, & medius fui inter Dominum, & vos in tempore illo, ut annunciarem vobis verba ejus* (g). Petaſatus pingitur Mercurius: Moſes velato vultu alloquebatur Iſraelitas. Peregrinantis habitu exhibetur Mercurius, *tamquam vias aggredi praeparet, & ſolem, pulveremque declinet*, inquit Arnobius (h). Peregrinando Moſes res praeclariſſimas geſſit. Mercimoniis Praefectus eſt Mercurius, & ponderum, menſurarumque inventor exiſtimatus; quamobrem pingebatur cum ſacculo. Moſes in emptionibus, & venditionibus contrahendis fraudes coercuit, ponderum, & menſurarum aequalitatem ſanxit, & foenebrem licentiam ſuſtulit. Plura qui velit ſcire de comparatione Mercurii, & Moſis adeat Petrum Danielem Huetium (i)

Alias

(a) *Albricus de Deor. Imagin.*
(b) *Antolog. lib.4.*
(c) *Antolog. lib.2. cap.25.*
(d) *Sponii Miſcel. Sext.3.*
(e) *Exod.14.31.*
(f) *Cicer. lib.3. de Natur. Deor.*
(g) *Deut. c.5. v.5.*
(h) *Arnob. lib.6.*
(i) *Petr. Daniel. Huet. demonſtrat. Evangel. Propoſit. 4. cap.1. pag.87. & ſeq.*

Alias etiam hujusmodi picturas animalium, aviumque ibidem contemplati sumus, necnon moles marmoreas rotundas ad usum ponderum, in altera quarum inscriptum erat PON (*a*) idest Pondus, seu libra; in altera vero C. quod Concium, seu mavis, centum libras indicat; in alia autem H. sextertium fortasse designans: quamplurima quoque, & innumera hujus generis antiquitatis monumenta, quae nullum ambigendi locum relinquunt, quin ibi sitas fuisse Stabias affirmare nullo negotio possimus; adeoque non Milante, sed Capacio, Marino Freccia, Blondo, Volaterrano, & Ambrosio Leoni adstipulari, & calculum addere, qui eas prope Turrim, vel in eadem Turri Annunciatae stabilimenta, & sedem habuisse demonstrant; & vero si quis in disquisitionem venire velit, qua ratione fieri potuerit, ut in eversa Urbe, & ad internecionem deleta, steterint, quae nunc reperta sunt signa, picturae Deorum, monumenta, delubra, facile difficultati occurretur, si animum, mentemque adverteris, ea posita, atque excitata ibi post excidium Stabiarum fuisse, quando nimirum in earum villas feriandi causa concederent Romani, ut Crassus Frugi, Plinius, Seneca, aliique fecerunt; deinde quis nescit a signis, tabulis, monumentis, simulacris, & id genus aliis abstinuisse duces Romanos in Urbium direptionibus, sicuti Marcellus in expugnatione Syracusarum, & L. Mammius capta Corintho; atque eo demum pervenisse Romanorum in conservandis signis, & tabulis studium, ut a nimio luxu non abessent, quod perstringit Cato apud Livium seculi sui mores ita increpans, & accusans (*b*): *Infesta mihi credite signa ab Syracusanis illata sunt huic Urbi. Jam nimis multos audio Corynthi, & Athenarum ornamenta laudantes*. Unde illud Euripidis:

Homo quisquis Urbes vastat, & Dis Manibus
Sedes sacratas, Templaque haud recte sapit,
Nam similis ipsum pestis excidii manet.

Hoc autem ut in Deorum Templis, sic & in eorundem statuis observatum, quae nunquam sine piaculo pollui, contrectarique, aut auferri poterant, quod Marcianus Heracleota Jasonis exemplo declarat in hunc sensum, quem ex Graecis versibus expressit Federicus Morellus (*c*):

Ex his Jasonis facinus impium

Si-

(a) *Vide Scaligerum de Antiquit. Roman. & Eisenschmid in Tractat. de Ponderibus, & Mensuris Veter. Roman, Graecor. Hebraeor. nec non de Valor, Pecun. Veter. Sect. 1. cap. 1.*

(b) *Livius lib. 4. decad. 4.*

(c) *Federic. Morell. in Carmine Geograph.*

Signum in Sacrum patrasse Caesaris asserunt ,
Et caelitus misso interemptum fulmine .

Ex quo patet , *Romanos* Milites vel in ipso bellico conflictu , ac furore saepissime statuis , & monumentis pepercisse .

Medulla itaque, & cubile Stabiarum inter Civitatem, vulgo *la Civita* , & Pontem veterem vulgo *Ponte di S.Marco* , seu, ut vernacula lingua dicunt,*Stabiola* jacebat, ager vero usque ad Castrum ad mare a parte Orientali, a parte vero Occidentali ad Turrim Annunciatae, & ultra excurrebat . Neque per hilum quidem ad Literas , & Granianum , Angheri , & Vicum protendebatur , ut fabulatur Milante ; nam *Literensis Civitas* , ut Ughellus habet (a) *Mediterranea in finibus terrae laboris sita est : hanc aedificasse Romanos supra Lacteum montem , auctor est Procopius lib.* 3. *de gestis Gothorum : A Literis, quae saepe ad Viros Romani nominis illustres inibi ob aeris salubritatem vitam ducentes a Senatu mittebantur , nomen usurpare , & insignia scribunt . Originem hanc, & nomen fabulam existimarunt nonnulli , qui volunt ab Amalphitanis nomen , & aedificationem accepisse , ubi bona , ac villas habebant ; utcumque sit parva nunc Civitas est , & infrequens absque moenibus , quae potius domorum in ea aggregatio dici possit , in Provincia Amalphitana sita . Episcopus a sua primaeva institutione Archiepiscopi Amalphitani Suffraganeus est . Dignitatem instituit Johannes XV.an.*987. *cum Amalphim Ecclesiam Archiepiscopali dignitate decorasset , Stephanumque Sacerdotem primum dedit Episcopum .* Si quis autem difficultatem , quaestionemque moveat , qua ratione firmatum sit , Surrenti fines usque ad Pompejos produci , si Stabiae mediae interponebantur . In promptu responsio est : Scriptores namque de Surrentinis limitibus loquuntur post excidium , & ruinam Stabiarum , quo tempore cum in Villas abiissent, Surrentinae subjacebant ditioni, ut infra dicetur; & Stabianus Episcopus , uti Suffraganeus Surrentino parebat , ac paret Archiepiscopo ; praeterquamquod ora maritima ab Athenaeo usque ad Pompejos Surrentinorum erat ; sicuti in textu , quem capite primo dedimus , satis luculenter expressit Galenus : & insuper clarissime colligi poterit ex hujusmodi Plinii verbis (b) : *Litora autem haec Neapolis Chalcidentium a tumulo Syrenis appellata . Herculaneum , Pompeji haud procul spectante monte Vesuvio , alluente vero Sarno amne , ager Nucerinus ; & novem*

(a) *Ferdinan. Ughell. Ital. sac. cum Nicolao Coleto tom.* 7. *pag.*270.

(b) *Plin.lib.*3. *cap.*5.

vem millibus passibus a mari ipsa Nuceria. Surrentum cum Promontorio Minervae Syrenum quondam sede. Vides ergo, lector carissime, quam ambitiose regundorum finium se ipsum constituerit judicem Milante, quamque subinde perperam eam Provinciam haud quaquam sibi demandatam administraverit; adeo ut turbis, & contentionibus potius omnia complere, quam quidquam certi aequata lance, & pro rei veritate statuere sategerit.

CAPUT III.

De Fontibus, Delubris, & Priscis Gentilium Monumentis Stabiarum.

QUae de Delubris, & priscis Gentilium monumentis Castri ad mare multa diligentia, & labore curate conquisitis, & inventis Milante habet, haec sunt: (a) ,, Alterum, quod Stabiis olim fuit erectum Fanum, illud est, quod in loco impraesentiarum ex eo dicto *Fano* fuit aedificatum, & Dianae sacratum, & ubi nunc exstat conditum praenobile Asceterium PP. ,, Minimorum S.Francisci de Paula, prostatque insigne Templum ,, D. O. M. & in memoriam Deiparae Virginis dictae *di Pozzano*, ,, sacratum, cujus historiam P.Seraphinus Ruggerius ejusdem Ordinis concinnavit. Ibi enim, ubi eminet altior Urbis locus, reperta fuit longe post Stabiarum ruinam Ara marmorea, cui insculptum erat Cervi caput redimitum corolla variis fructibus, ,, botrisque uvae subtus ornatum ad eam indigitandam Deam, ,, cui nuncupata erat eadem Ara. Haec autem Ara adhuc impraesentiarum exstat ante fores laudatae Ecclesiae loco basis subjecta ligneae Cruci Domini nostri Jesu Christi, qui Doemones sua ,, passione per lignum Crucis abegit, depressit numina, idololatriam evertit, omnemque ethnicam superstitionem devicit. Et ,, ne aliquis fortasse caespitet ex praefata Ara fuisse Dianae Templum ibidem erectum, breviter ad memoriam revocamus Poëtarum fabulas, ex quibus habetur Dianam Jovis, & Latonae ,, filiam virginitatis amore hominum consortia declinasse; utque ,, a se omnem libidinis pruriginem averruncaret, paucarum virginum comitatu contentam incoluisse sylvas, & nemora venationi semper intentam; quapropter sicut Ethnici pictores eam se- ,, mi-

(a) *Pius Thomas Milante Episcopus & Stabianis Episcopis: Stabian.Dissert.1.fol.8.vers.26.de Stabiis,*

„ mi-virili habitu, ac cothurno ornatam, necnon arcu, & pharetra distinctam depinxerunt; sic quoque ad exprimendum ejusdem Dianae munus & personam, Cervam in tesseram,& signum adsumere, aut affigere consueverunt. Haec enim, uti certa, solum placuit vel digito monstrare ad firmandum Stabiense Dianae Templum in praefato loco erectum, quum cetera qui optat, plenissime consulere possit apud eos, qui de veterum fabulis, ac Deorum Genealogia scripserunt.

„ Tertium, & huic nuper expresso Dianae Templo proximum, Delubrum fuit magnificum illud Jano sacratum in loco, qui nunc, nec prisco variato nomine, dicitur *Fajano*, ex praefato Templo sic nominato. FA. JANI. namque idem significasse ac FANUM JANI omnibus apprime constat, & sat est plurimas id genus inscriptiones apud Grutherum, aliosque lustrare. Verum sicuti priscis idem Templum fuit plene perspectum, sic recentioribus Regni Scriptoribus, quinimo & Stabiensibus ipsis omnino erat ignotum, quia jam dirutum, ac solo aequatum, necnon terra, & lapidibus obrutum latuit eos, tuncque primum illius structurae, umbratilis esto, notitia insonuit, cum rustici effodiendo, ad villae ibi plantatae, & Episcopali Mensae addictae culturam, maximam plumbi, aerisque copiam ibi repertam rapaci manu clam surripuerunt, variisque personis vendiderunt;at rem totam adtente lustravi dum iterum effossurus terram, in eaque vites plantaturus, quibus jam plene carebat eadem villa jam jam dilapidata a colonis, plura ibi reperi, quae nunc memorabo, e quibus aliqua, vilis esto pretii, sed certe magni momenti, ad antiquitatem edisserendam, adtente, & adcurate servavi, praesertim tubulum, seu cuniculum plumbeum, ex cujus inscriptione corrigendi sunt Catalogi omnes Praefectorum Urbis ad hanc usque diem efformati, ut modo patebit. Porro ut res tota plene explicetur icnographiam Templi, & cuncta in eo reperta enarrabo, aliquibus etiam adnotatis, quae ad rem nostram edisserendam nimium sunt opportuna.

„ Jano igitur Selecto populari Deo, *Vitifero* dicto, qui vel vineas plantavit primum, vel restauravit, ac propterea Italiae populis cariori, Templum hoc fuit exstructum ea in superiori collis parte, quae supereminebat veteri Stabiarum portui (ut ex reliquiis concavi ad radices collis videri potest) eoque certe ex momento Ethnicis solemni, ac consueto, ut, nimirum, sospites redeundo nautae, ceterique navigio vecti ignito in Coelum eja-

„ culato

" culato telo primum ſalutarent Numen ad patriam redeuntes
" vel portum appulentes, & confeſtim ad illius delubrum prope-
" rantes exolverent vota, grates redderent, ac cetera id genus
" agerent, quae ethnica ſuperſtitio decernebat. De qua re quum
" innumeri tractent, ad eos lectorem amandamus, ne fruſtra e via
" in diverticulum ſecedamus. In eo, inquam, effoſſo ſolo reperi
" pavimentum Templi taxillatum albo, nigroque colore variega-
" tum, grandioresque albos lapillos Rhombi figuram praeſefe-
" rentes, ac in medio nigrae planitiei ſparſos obſervavi, parte
" propterea ejusdem pavimenti extracta, quam itidem ſervan-
" dam ad memoriam curavi, cujus imaginem heic adpono. Co-
" lumnas quamplurimas, easque detruncatas, ex ruina, ſed la-
" teritii, ac coementitii ſimul operis, verum ex albo glutino calci
" commixto tam dura incruſtata tunica, ut difficile nimium fue-
" rit praegrandi acuminato ferro partem cruſtae abſcindere &
" evellere e muro. Parietes vero, ut propriis oculis rem totam
" luſtraturus vidi, eadem cruſta levigati, alicubi altitudinis palmo-
" rum quatuor, alicubi minus, ibidem fuerunt reperti, ſed ita
" affabre Arabico opere depicti, vividis adhuc exſtantibus colo-
" ribus, ut nimium diſplicuerit non potuiſſe vel partem praefatae
" cruſtae, omni etſi adhibita arte, extrahere, quum prae humi-
" ditate, & duritie in fragmenta abirent colores ex exciſis lapidi-
" bus, atque a muro avulſis. Faſciolis quatuor unciarum latitu-
" dine depictis parietes erant ornati, varioque colore diſtinctis,
" ceruleo, nempe, & coccineo, ſed non ſimplici, verum diſtin-
" cto ornatu, ſeu variis ejusdem coloris picturis referentibus flo-
" res, quibus diverſae figurae, diverſique adſpectus hominum
" facies erant inſertae, ut in pluribus id genus Arabici operis pi-
" cturis eſt obſervare. Inveni in eo ad dexteram partem, Aquilo-
" nem ſpectante, expiatorium piperníno lapide confectum cum
" ſuis urnis, & canalibus, ſed circumcirca plumbei tubuli, ſeu cu-
" niculi erant in exterioribus muris fabricati ad deportandam
" aquam cum in expiatorium, tum etiam in piſcinam, ſive ciſter-
" nam ad laevam templi ex parte exteriori exſtantem, quam re-
" peri praefata cruſta oblinitam, ſed ex ruina templi ruptam.
" Tubuli ſeu cuniculi, ſive fiſtulae, ſive aquae ductus iſti, ut ex eo
" (quem ſervavi ceteris rapaci manu prius abductis) ut dixi,
" plumbei erant, conligati ſeu ferruminati ſtamno, pluresque cer-
" te, ut unusquisque conjicere poteſt. Singuli autem tubuli ejus-
" dem ponderis ejusdemque longitudinis, quia fortes, & ad aeter-

„ nitatem efformati (ut mos erat priſcis Quiritibus cuncta id ge-
„ nus efformare) ac fuſoria arte confecti , ſinguli ſunt longitudi-
„ nis palmorum quinque,& unciarum trium,ponderis vero Libra-
„ rum XLII. , ut in impreſſa figura poteſt obſervari; eſtque in ſin-
„ gulis eadem fuſoria arte deſcriptum nomen ejus , qui Templum
„ a fundamentis erexit, nimirum *Publii Sabidj Pollionis Praefecti*
„ *Urbis* , ut conſtat ex litteris , plumbeis quoque , ſed ſuperemi-
„ nentibus tubulo, ex eoque plūmbo reſilientibus P.SABIDI.POL-
„ LIONIS. PR. V. Et quamvis ex Syllabo , ac faſtis Praefectorum
„ Urbis non poſſit oſtendi quo tempore floruerit hic Praefectus ,
„ quum in pluribus eorum catalogis a pluribus efformatis , nec
„ depictum reperiatur hujuſce Praefecti nomen : heinc nonnulli ,
„ cum Parthenopaei , tum Romani , rei antiquariae peritiſſimi ,
„ ſuper eo Urbis Praefecto *Sabidio*, ſive *Sabido Pollione* a me con-
„ ſulti , ingenue faſſi ſunt illos eum latere , nec ullum de ejus epo-
„ cha calculum poſſe praeſtare ; tamen ſi locus conjecturae pru-
„ dentique opinioni detur , hoc ad ſummum dici poteſt longe an-
„ te L. Syllam , qui Stabias vaſtavit , eum effloruiſſe ; ſicut pro
„ comperto eſt apud omnes , Urbis Praefectos in aliis extra Ro-
„ mam locis magnifica aedificia perfeciſſe . Sed revertamur ad
„ noſtra . Reperi etiam ſubtus ruinas templi marmoream urnam
„ duplici baſi ſuperpoſitam , eamque ad obſervandas pecudes , &
„ victimas decoriandas , earumque viſcera luſtranda , necnon ad
„ exta extrahenda , eaque ſacrificanda Diis opportunam . Caca-
„ bum quoque ad ſacrificia peragenda, ſeu coquendas victimarum
„ carnes inveni , omniaque cuſtodienda curavi , ſicut etiam plura
„ cretacea vaſa albi coloris variaeque formae , atque figurae in
„ piſcinae fundo . Reperi etiam duos cardines aeneos oſtioli adja-
„ centis Templo camerae , ubi , ut obſervare potui , vel Aedituus
„ Templi ad ejus cuſtodiam jacebat , vel alia ad Sacrificium ne-
„ ceſſaria ſervabantur , acerrae , nimirum , thuribula , tripodes ,
„ aliaque id genus ; ſed eorum nec veſtigium reperire fas fuit ,
„ omnibus infauſto fato prius ereptis , ſicut & aeneis ornamentis
„ magni oſtii , ſeu forium Templi , quae , ut excipere potui , vili
„ pretio fuerunt a vilibus effoſſoribus vendita ; quaeque , ut poſ-
„ ſem comparare , non modicam pecuniae ſummam erogaſſem
„ ad antiquitatis monimenta ſervanda ; ſed inutili conatu : jam
„ evolaverant cuncta , nullam etiam marmoream , aut alterius
„ metalli ſtatuam , idolum nullum , nullumque aliud ad Templi
„ ornamentum , vel numinis cultum reperire licuit , primitus qui-

„ dem

„ dem, & longe ante fortaſſe raptum, ſed ſolummodo terrae ſu-
„ perjacentis ruinae mixtas tegulas aliquot, canalesque teſtaceos
„ mirae magnitudinis, groſſiorisque formae, raraeque duritiei.

„ Quartum Templum Stabiis erectum fuit illud Cereri ſacra-
„ tum, cujus monimentum exſtabat in lapide marmoreo, in Jaco-
„ bi Certae territorio reperto, quem ex Capacio ſupra memoravi,
„ & in quo, ut dixi, Laſſae Sacerdotiſſae Cereris fit mentio. Con-
„ ſuetum fuiſſe apud Graecos, atque Latinos etiam feminas mini-
„ ſtrare Sacris, notum eſt omnibus, &, ut Veſtales ſilentio prae-
„ teream, de miniſtrantibus Cereri apertum eſt teſtimonium Dio-
„ nyſii Halicarnaſſaei, qui refert Arcades Cereris Templum in
„ Palatino monte condidiſſe, feminasque ritu Graeco addidiſſe,
„ a quibus ejusdem Divae ſacra peragerentur.

„ Quintum tandem, quod celeberrimum fuit Stabiis Tem-
„ plum, illud memorandum occurrit, quod Jovi Stygio, ſive
„ Plutoni fuit dicatum, & adhuc ex parte extat eo in loco, qui
„ nunc dicitur Crypta S. Blaſii (*Grotta di S. Biaſe*) quia infame
„ illud Delubrum ſubterraneum, ac infernali numini olim ſacrum
„ a Chriſtianis expiatum, expurgatumque D. O. M. in memo-
„ riam S. Martyris, & Epiſcopi fuit dicatum, ibique Chriſtiano
„ ritu Sacra ſunt peracta ad Annum uſque MDCXCV. quando a
„ recolendae memoriae Hannibale de Petro Paulo Epiſcopo Sta-
„ bienſe fuit profanatum, in Cathedralis Eccleſiae forum transla-
„ tis ea die, Martyri ſacra, nundinis, quae ante praefatam
„ Cryptam primitus haberi conſueverunt. Spelaeum, inquam,
„ illud, juxta morem ab Ethnicis ſervatum ſacrandi Numinibus
„ infernalibus Templa in imo terrae, ſeu ad montium radices,
„ excavatum fuit ſubtus ripam, & in ima valle ſupereminentis
„ collis, ex quo per declivium ſuper pectus ſuum humili forma
„ deſcendentes ſeducti Gentiles venerabantur Numinis Templum,
„ in quod per meridionalem portam ad latus antri, & prope an-
„ trum ſic ſerpentes proſtratique ingrediebantur (ut adhuc ex-
„ ſtantem januam illam, eſto lapidibus obſtructam; necnon de-
„ clivium praefati deſcenſus videre eſt, & ego adtente luſtravi)
„ & Oraculo conſulto exceptoque reſponſo, per aliam non ſa-
„ cram portam, & ſubterraneam viam exibant, cujus ſpecimen
„ praeceteris exhibet Antonius Vandale, dum ad vivum in tabu-
„ la eanea ſculptam impreſſamque dedit imaginem oraculi apud
„ Trophonium a Pauſania commemorati. Idipſum quoque in
„ praefato Templo ego obſervavi, & reperi ita omnia conformia

 „ eſſe,

„ esse, ut ovum ovo similius reperiri non possit: Nam ex adverso praefatae portae, per quam adoraturi declives, & raptando descendebant in templum, alia fuit exstructa porta (modo lapidibus & coemento obturata) per quam exibant illi, qui oraculo excepto per subterraneam cavam arctam quidem & depressam, sed non modicae longitudinis progredientes perveniebant ad exteriorem profanam portam in loco, ubi nunc dicitur *Ponte di S. Marco*, & ad propria revertebantur. Haec autem profana porta, esto sit terra obruta, pluriesque fuerit occlusa, pluries etiam ab effossoribus thesauros quaeritantibus fuit sarculo reclusa, qui etiam lucernis facibusque admotis totam arctam illam concavamque specum, seu secretam viam lustrarunt, in eoque repererunt argentum, aurum, & lapides pretiosos, sicut etiam ante Spelaei hujusce fores, ubi lucus olim erat, subtus terram repertae sunt variae argenti, aurique laminae, aliaque diversi metalli, praesertim aeris Cyprii (omnia Plutoni super hisce delectanti sacra) vasa, & ornamenta. Ex oraculis autem, seu fatidicis hisce responsis in eodem Plutonis Fano datis, ab eisque exceptis, qui per profanam exibant portam, factum est, ut usque in hodiernum diem locus ille huicce portae supereminetis dicitur, corrupto vocabulo, *Carmiano*, quia universim oracula carmine fundebantur.

„ Ex praefata autem *Carmiani* nomenclatura non bene, etsi ambigendo, quidam opinatus est haud Plutoni, sed Apollini fuisse hoc delubrum sacratum, quia nimirum, ut ait, Apollo solus carmine responsa dabat, & in ejus Templo tantum carmine oracula fundebantur. Quandoquidem, etsi verum sit Apollinis oraculum ex fatidicis responsis carmine datis celebre fuisse, cui propterea innumera pene fuerunt olim ab Ethnicis dicata Templa, & praecipue Delphicum *Pythium* dictum, quia ibi praesertim eleganti carmine responsa dabantur, quis tamen ignorat aliquando ibidem non carmine, sed prosa fuisse oracula fusa? Marcus Tullius Cicero id aperte testatur: *Pyrrhi temporibus jam Apollo versus facere desierat.* Idipsum quoque de suo tempore non solum, sed de ipsum antecedente adserit Plutarchus. Quis itidem eruditorum nescit aliis quoque in Deorum templis fuisse carmine oracula fusa, sortesque indicatas? De Templo Deae Syriae id memorat Apulejus, Lampridius idipsum testatur de Templo Fortunae Praenestinae, Plutarchus

„ quo-

„ quoque idem fatetur de Templo Herculi in Phocide sacro, qui „ adhuc plura laudat Deorum fana, in quibus carmine fatidica „ responsa dabantur. Idem quoque perhibet Aelius Spartianus „ de Templo Jovis Nicephori. Belum, qui olim colebatur in „ Templo Apameae Civitatis Syriae, carmine responsa dedisse „ cum Severo, tum Caracallae, tum etiam Macrino Dio Cassius „ refert. Alibi quoque aliis in Templis fuisse praefata χρηστήρια „ poetico carmine fusa pro comperto est apud eruditos ex variis „ Veterum monumentis, quae heic repetere taedet, ne longum „ nimis protraham funem, quum ex jam dictis ubertim res haec „ firma subsistat. Adcedit quoque ad facti evidentiam, nimirum, „ quod enunciatum Delubrum Plutoni, non vero Apollini fue- „ rit sacratum, quia nunquam Apollini in subterranea specu, sed „ solum Stygio Jovi, aliisque infernalibus Diis in imo terrae fue- „ runt Fana erecta: quare apud Propertium Pluto dicitur *Fuscae* „ *Deus aulae*, & universim de infernalibus Diis Tibullus cecinit.

„ Parcite pallentes umbras quicumque tenetis,
„ Duraque sortiti tertia Regna Dei.

„ Ex divitiis itidem Numini huic dicatis, & in praefato antro re- „ pertis, ac nuper indigitatis, confirmatur Plutonis inibi numen „ fuisse religiosa superstitione adoratum, quum Stygius Jovis „ dicatur Divitiarum potens, quae de recessibus subterraneis ef- „ fodiuntur, quaeque propterea adpellantur irritamenta malo- „ rum, ut videre est in inscriptione, quam refert Grutherus ex „ sacratione Nervae Trajani, de quo pariter Tibullus ait:

„ *Dives in ignava luridus Orcus aqua*.

At vero quaecumque de situ Stabiarum hucusque magno molimine disputavit Milante, meras sane antiquitatis conjecturas, & indigitamenta exhibens, Fana nempe, Templa, Delubra, Aedes, Fontes, Minerales aquas, Simulacra, Signa, Inscriptiones, Numismata, & sexcenta alia hujusmodi vetustatis vestigia, Castrimaris detecta, non ea sunt, quae meliori aevo digna, & ad Romana tempora referenda videantur; vel si antiquissimis omnium sint adjudicanda, minime situm Stabiarum comprobant, ac statuminant: horum primum ipse in medium vocat frequentes fontes, quos Columella collaudat: *Fontibus & celebres Stabiae*, qui adhuc Castrimaris profluunt. Sed quae ineluctabilia Milante argumenta videntur, ea ficulnea, elumbia, futilia, straminea, ac prorsus levidensia deprehenduntur. Nam, praeterquamquod pauci nunc ibi, imo paucissimi prostant fontes;

peto

peto ab ipso, hi, qui ibi scaturiunt, aquasque effundunt, & egerunt, priscae ne sunt structurae, & incrustaturae; marmoreo ne itidem opere exornati porphyrite, bisalte, aut pario, ut antiquitatem redoleant; an recentis naphthae, & caementi? Respondebit: nuperi certe, ut oculis omnium patent. Actum igitur de priscis Fontibus est. At reponet fortasse, obstrepetque Milante: aquarum origo ista, excursusque vetustus est, & ad Romanos reportandus. Verum quid labilius aquae cursu, quid incertius, quid fluxius, quae novas quotidie sibi vias sternit, & aperit, & qua, data porta, ruit, iterque nunc huc, nunc dividit illuc; quare Ovidius cantitavit (a):

Hic fontes natura novos emisit, & illos
Clausit, & antiquis tam multa tremoribus Orbis
Flumina prosiliunt, aut excaecata residunt.

Sunt & sub terra (ajebat Seneca) *minus nota nobis jura naturae, sed non minus certa. Crede infra, quidquid vides supra. Sunt & illic specus vasti, sunt ingentes recessus, & spatia, suspensis hinc, & inde montibus, laxa* (b). Possunt hae fontium Castri ad mare lymphae a vicino litore emergere; possunt & a propinquis jugis descendere. Plinius Junior describens amoenitatem suae villae Lauretinae ad mare positae haec habet (c): *Sed puteos, ac potius fontes habet: sunt enim in summo. Est omnino litoris illius mira natura, quocumque loco moveris humum, obvius, & paratus humor occurrit, isque sincerus, ac ne leviter quidem tanta maris vicinitate salsus.* Id, quod in nostris litoribus, & ubique fere gentium experimur. Non sumus ignari, Casparem Bartholinum toto conatu se opponere iis, qui omnium fluminum scaturiginem a mari deducunt; & fontes omnes tam temporarios, quam perennes a pluviis ortum habere, contendere, quamvis Scaliger ita videatur differere contra hanc opinionem (d): *At, o Cardane, ille, ille, quem in secundo de Generatione Divinus Vir ait, omnia complevisse, tam bonus fuit architectus, tam prudens castellarius, ut Julius Frontinus nihil ad eum. Suorum igitur aquaeductuum tuqos tam docte, cauteque coaptavit oneri ferendo, atque servando, ut hoc te metu liberet.* Sed quoquo modo se res habeat, satius ab uno Ocea-

(a) *Ovid. lib. 5. Metamorph. Vide Leggi, Fenomeni, regolazioni, ed usi delle acque correnti, di Berardino Gendrini Matematico della Serenissima Republica di Venezia, colla sopraintendenza delle acque Generali tom. 1. in 4. stampato nell'an. 1741., presso Gio: Battista Pasquale.*

(b) *Senec. lib. 3. Natural. Quaest. cap. 16. edit. Antuerpiae ann. 1652. pag. 729.*

(c) *Plinius Junior. Epistol. lib. 2. Epistol. 17. ad Gallum edit. 1552. pag. 83.*

(d) *Scaliger. exercitat. 46. pag. 72. a terg. edit. Lutetiae 1557.*

Oceano repetenda fontium, & fluviorum origo, ut optime Homerus (a).

> Τῷ ὔτε κρείων Ἀχελώϊος ἰσοφαρίζει,
> Οὐδὲ βαθυῤῥείταο μέγα σθένος ὠκεανοῖο·
> Ἐξ οὗπερ πάντες ποταμοὶ, καὶ πᾶσα θάλασσα,
> Καὶ πᾶσαι κρῆναι, καὶ φρείατα μακρὰ νάουσιν.
>
> *Quapropter neque Rex Achelojus comparat se ei (nempe Jovi)*
> *Neque profundi magna potentia Oceani:*
> *Ex quo omnes fluvii, & totum mare,*
> *Et omnes fontes, & putei alti oriuntur.*

Nam cum quotidie immensa pene aquarum moles ex tot, tantisque fluminibus in Oceanum infundatur, jam si hic illam non illico per interiores meatus rursus remitteret, quis non videt futurum fore, ut brevi exundaret? Huic rationi occurrunt nonnulli dicentes, continuo vi solis multum aquae marinae attenuari in vapores, abireque, & evanescere in aerem: proinde mirum non esse, si Oceanus non intumescat, & (ut fluvii faciunt, cum pluvialibus aucti aquis se supra ripas effundunt) litora, terrasque obruat: haud tamen vero videtur simile, tantundem aquae calore consumi, quantum ex pluviis, ac liquatis in utroque polo nivibus: quantum item a fluviis nunquam intermino cursu conferatur. Si enim uti calculo vellemus, rationemque supputare, tantum quotidie in Oceanum aquae subvectari reperiemus, ut minime vitari possit, quin hic in terras refunderetur. Interea loci posset hic dubium moveri, qui nimirum fiat, ut aqua suapte natura gravis sese altius attollat, inque editissima montium cacumina, ex quibus plerumque fontes dilabuntur, insiliat? Supra terras consurgere Oceanum, ut extima illius superficies non modo camporum planis, sed montibus ipsis altior sit, nonnulli voluerunt: quo posito causam quam expedite reddiderunt. Alii vero non maria quidem omnia, sed quaedam tantum editiora esse, ea nimirum, quae a terris quam remotissima, autumarunt; ex illis vero fontes ducere originem arbitrantur. At futile istuc commentum est; altiora enim illa, quae finguntur, maria in proxima, ac decliviora confluerent; haec turgidiora jam facta in terras irrumperent. Ceterum ubi terrarum spatia depressiora sunt, ut accidit in Belgio, tunc perfractis aggeribus irrumpit mare, & latissimas circum terras inundat. Tertiam alii viam ingressi sunt, dicentes, libe-

(a) *Homerus Iliad. lib. 21. vers. 194. cum commentariis Johan. Spondani Aureliae Allobrogum 1606. pag. 374.*

libero in aere vi ventorum, impetuque turbinum, allisum ad cautes mare altissimas se supra ripas efferre, cunctaque spumis aspergere; pari modo cum marina aqua per arcanas terrarum fibras, & meatus magno coacta, atque impulsa impetu praecipitatur, in praeruptos protenditur, atque insurgit montes; perque Crateres mox fontium delapsa terras irrigat, & quandoque fluvios efficit: continui vero flatus, atque aestus cum sint; idcirco continua illa in fontibus, & nunquam intermissa perennitas; nam compertum plerisque in locis est, plurimos fontes eadem incrementa, ac decrementa habere, quae Oceanus; hoc enim intumescente, turgent, copiosioresque fluunt: detumescente vero, subsidunt ipsi, ac tenuiores praeterlabuntur. Aliquos sane fontes, & litorales quammaxime oriri ex aestu, & eas ob id pati vices, non certe negaverimus; at omnes neque concedimus, neque, si vellemus, possemus. Enim vero ab aestu cum mare intumescit, atque altius adsurgit, eum plane servare modum compertum est, ut vix decempedam exsuperet: at aqua altissimos in vertices enititur; non igitur ab aestu elevari tantum potest, ut superatis montium jugis victrix exiliat. Imo sunt, qui contrarias vices sortiti, oceano aestuante, decrescunt: augentur vero, subsidente, fontes. Ex his ille inter primos est, qui Gadibus Herculis in delubro proximus erat, a Plinio descriptus: *Alias simul cum Oceano augetur, minuiturque: alias vero utrumque contrariis temporibus*. Et ut idem ait: *In ripa Baeotis Oppidum est, cujus putei, crescente aestu, minuuntur, augentur, decrescente*. Vides igitur quam istorum causas indagare admodum difficile sit; quare fontium miracula merito dicta sunt.

Tandem universam subtus terram maris aquam permeare, plures opinati sunt; idque se manifesto putant conficere, quod in Insulis, inque continentium terrarum oris salsi ut plurimum fontes scaturiant, imo in mediterraneis etiam locis salsiusculos exilire compertum est; sunt quippe in terrae gremio immensae pene cavernae aquis bene plenae, quas Graeci ὑδροφυλάκια, sive Ἀβύσσους appellant; idque ex eo etiam in manifesto est, quod interdum, cum terra movit, ingentes aquarum voragines patuere, quemadmodum & cum Vesevus anno 1630. igneum fluvium evomuit, etiam immensam aquarum vim effudit, & eructavit. Esto tamen per terrarum gremium late sese Oceanus insinuet, qui tamen fiet, ut ex subjectis cavernis, suomet reluctante genio, ac natu-

natura, exiliat in montes? Sunt & quidam, qui in terrarum gremio, quae loca tartara nuncuparunt, immanem aquam esse, eamque animantibus spiritibus agitari putaverunt, qua instar sanguinis nutriri terras, imo etiam vivere, commenti sunt: quo dato sua virtute moveri, ac surrigi, telluremque universam permeare, consequi manifesto autumant. At isti homines, aut nugas loquuntur, aut delirant, ut hi plerumque solent, quibus ad novitates comminiscendas prurit animus. Latet in ipsis aquis demersa veritas; res indagatu difficilis est, & quocunque te vertas, impeditos invenies aditus, & vix superabiles vias.

Sive igitur a mari fontes mutuentur aquas, sive a terrae scatebris, ac montium cavernis dilabantur (cum longe a mari putei etiam, & fontes aquarum emergant, quemadmodum Genesis cap. 26. traditur, Isaac fodisse puteum in Gerara, & reperisse aquam vivam; contentione vero suborta inter pastores indigenas, & servos Isaac, alium fodisse puteum, qui *latitudo* dictus est) semper extra aleam est, auctore Chircherio, magnam propediem in subterraneis cavernis fieri mutationem, quae sensim aliam faciem inducit, & flumina, & fontes continuo mutare situs, & invertere cursus. Ravennam non secus, ac Venetias, in mari antiquitus constructam, positamque, ac intus navigatam ex historiis habemus; &, cum aliquot millia passuum a mari nunc sit dissita, quantum agri ob maris recessum illi accesserit, nemo non videt. Unde Ovidius:

Vidi factas ex aequore terras,
Et procul a Pelago conchae jacuere marinae.

Quemadmodum ubi nunc Neapoli frequentior populus negotiatur, quondam ingens portus erat in platea, dicta *Seggio di Porto*

Tantum aevi longinqua valet mutare vetustas.

Sed ne longior sim, &, ut ita dicam, lectorem aquis enecem, libenter missa haec facio, cum satis constet ex his, quae supra retuli contra Milante, praesentes hos Castrimaris fontes haud quaquam in antiquis Stabiis aquas ministrasse, atque fudisse. Quae de mineralibus aquis addit adhuc Castri ad mare recensitis, nihil nobis negotii facessunt, imo magis magisque nostram causam patrocinantur, & fovent. Seneca enim has thermas in Stabiano, idest agro assignat, & nos etiam ultro non improbamus, ubi nunc Castri ad mare Civitas est, ibi agrum forsan Stabianum priscos excoluisse.

Delubra itidem, Fana antiqua, Inscriptiones, aliaque hujus generis nihil ad rem facere ducimus, ac supervacaneum esse

in illis diutius immorari; non enim ea ſunt, quibus aſſenſum praebere poſſimus, vel ibi fuiſſe, ubi nunc ſunt, vel ipſiſſima eſſe, quae in Stabiis extitiſſe traduntur, ut videre eſt de ſimilibus in Grutero, Reineſio, Aringho, Cupero, Auguſtino, Patino, Erizo, aliisque non paucis. Idem judicium ferendum de Caji Perpennae inſcriptione, quem extremum obiiſſe diem Stabiis putat Milante, qui tamen in Hiſpaniis occiſus eſt, ut aſſerit Appianus Alexandrinus (a): ὡς δὲ ἐφ' ἕτερα τῆς Ἰβηρίας ὁ Μέτελλος ᾤχετο (οὐ γὰρ ἔτι δυσχερὲς ἐδόκει Περπένναν ἐπιτρέψαι μόνῳ Πομπηΐῳ) ἐπὶ μὲν τινὰς ἡμέρας ἐγίγνοντο ἀψιμαχίαι, καὶ ἀπόπειραι Πομπηΐου, καὶ Περπέννα μὴ σαλευόντων ἄθρουν τὸν στρατόν· τῇ δεκάτῃ δὲ ἀγὼν αὐτοῖς μέγιστος ἐξεῤῥάγη· ἑνὶ γὰρ ἔργῳ κρίναντες διακριθῆναι, Πομπήϊος μὲν τῆς Περπέννα στρατηγίας κατεφρόνει, Περπέννας δ' ὡς οὐ πιστῷ χρησόμενος ἐπὶ πολὺ τῷ στρατῷ, πάσῃ σχεδὸν τῇ δυνάμει συνεπλέκετο· ταχὺ δ' ὁ Πομπήϊος περιῆν, ὡς οὔτε στρατηγοῦ διαφέροντος, οὔτε προθύμου στρατοῦ. Καὶ τροπῆς πάντων ὁμαλοῦ γενομένης, ὁ μὲν Περπέννας ὑπὸ θάμνῳ πόας ἐκρύφθη, δεδιὼς τοὺς οἰκείους μᾶλλον τῶν πολεμίων. Λαβόντες δ' αὐτὸν ἱππεῖς τινὲς εἷλκον ἐς τὸν Πομπήϊον, ἐπιβλασφημούμενον ὑπὸ τῶν ἰδίων, ὡς αὐθέντην Σερτωρίου· καὶ βοῶντα πολλὰ μηνύσειν τῷ Πομπηΐῳ περὶ τῆς ἐν Ῥώμῃ στάσεως (ἔλεγε δὲ, εἴτε ἀληθεύων, εἴθ' ἵνα σῶος ἀχθείη πρὸς αὐτὸν) ὁ δὲ προπέμψας, ἀπέκτεινεν αὐτὸν πρὶν ἐς ὄψιν ἐλθεῖν· δείσας ἄρα μή τι μηνύσειεν ἀδόκητον, καὶ ἑτέρων ἀρχὴ κακῶν ἐν Ῥώμῃ γένοιτο· καὶ ἔδοξεν εὐφρόνως πάνυ τοῦθ' ὁ Πομπήϊος πρᾶξαι, καὶ συνετέλεσεν αὐτῷ, καὶ τόδε ἐς δόξαν ἀγαθήν. Τέλος δ' ἦν τοῦτο τῶν περὶ Ἰβηρίαν πολέμων, τὸ καὶ Σερτωρίῳ τοῦ βίου γενόμενον· δοκεῖ γὰρ οὐκ ἂν οὔτε ὀξέως, οὔτε εὐμαρῶς, οὕτως ἔτι Σερτωρίου περιόντος συντελεσθῆναι.

Metello autem in diverſum Hiſpaniae partem digreſſo, quippe qui jam facile judicabat Perpennae Pompejum opponere, per aliquot dies inter hos duos velitatum eſt, dum uterque ſuorum virtutem experitur, immotis exercitibus: decima vero die magnum praelium commiſſum eſt. Viſum eſt enim ſemel armis decernere, dum Pompejus Perpennam Imperatorem prae ſe contendit: Perpenna ſuos non diu manſuros in officio ratus, conferre ſigna properat. Nec mora, Pompejus fit ſuperior: ut qui rem habebat cum vulgari Duce, ſegnique exercitu. Itaque, nemine reſiſtente, Perpenna in turba fugiens indumentum ſe abdidit, ſuorum metu, non minus, quam hoſtium: quem deprehenſum quidam Equites retraxerunt etiam a ſuo milite convitiis impetitum, ut homicidam Sertorii, vociferantemque

(a) *Appianus Alexandrinus Romanar. Hiſtoriar. part. altera. Edit. Amſtelodami apud Johann. Janſon. a Waesbergen. lib. 1. pag. 701. num. 423.*

que habere se multa Pompejo indicanda, ad seditiones Urbanas pertinentia, sive ex animo, sive fingentem, ut salvus ad eum perduceretur. At ille, priusquam in conspectum veniret, jussit occidi hominem, veritus, ne novum aliquid indicans, novarum calamitatum Pop. Rom. initium fieret: id quod admodum prudenter factum magnam ei laudem attulit. Atque ita vel Hispanensis idem, qui vitae Sertorii finis fuit: qui, si diutius vixisset, nec tam cito, nec tam facile bellum hoc confectum fuisset.

Quare quantum conjectura assequi possumus, illa Perpennae Epigraphe fuit erecta, dum adhuc in vivis ageret; & bello sociali legatus Romanum Exercitum ductaret, vel etiam antea, ac deinde ex antiquis Stabiis translata, &, ubi nunc est collocata. Sicuti de aliis monumentis dicendum; quis enim asserere vetat, *Fajanum* Stabiarum non a Fano Jani, sed potius a Fagis, quae ibi frequentes,& copiosae sunt, nomen esse mutuatum, quemadmodum & Aureus mons, nunc *Faito* a Fagis nuncupatus,quibus totus ille tractus abundat? Quis item Carmianum non ab Apollinis Templo, qui fatidicus carmina promebat,sed a cantantibus forsan pastoribus,& villicis, qui inibi versus pangebant, appellatum? ut mos est pastoribus

Pars in gramineis exercent membra palaestris,
Contendunt ludo, & fulva luctantur arena;
Pars pedibus plaudunt choreas, & carmina dicunt (a).

Sive etiam mavis a graminibus cibo jumentis gratissimo, veluti Granianum a frumento, quod granum appellamus, nomen accepit? Tandem & in Pagis, & Villis Fana erecta erant, quae a Faunis agrestibus, ac ruricolis Numinibus nomen adsciverunt; qua dere ea in Stabiano agro collocata esse non tergiversamur. Quis etiam Cryptam S. Blasii Plutonis Templum vocaret? nam quae connexio lucis ad tenebras, Christi ad Belial? & tamen id asserit Milante, volens sine teste, sine ara, sine effigie, sine epigraphe Cryptam S.Blasii fuisse Plutonis Templum, quod comparat illi apud Trophonem in Pausania, & Antonio Vandale descripto; haec tamen tantum inter se differunt, quantum distant aera lupinis. Nec dubium ullum remanet, aut quidquam spei, ac praesidii reliquum est Milante, ut ex hisce monumentis probet Stabias, ubi nunc Castrum ad mare est, fuisse fundatas; cum ex iis, quae superiori Capite dicta sunt abunde satis probatum sit, illas prope Turrim Annunciatae sedem, & primaeva fundamina esse sortitas. Sed ipse ex istiuscemodi scrutis, & veteramentis Stabiarum male consutis

(a) *Virgil. Aeneid.6.*

vellet Castro maris vestem pretiosissimam accommodare, nobisque ludificari; atque ita una, eademque fidelia duos muros, ut ajunt, dealbare; quod qui in animum sibi inducit, ut credat, centum annorum spatio in Anticyra quo sanitati restituatur, procul dubio puniendus esse videtur.

PLAUSUS

Orbis Literati Septemtrionalis ob vetera monumenta, quae ex recens detecta Herculani Urbe in Regno Neapolitano eruuntur.

Ex Programmate Jo: Matthiae Gesneri Publici in Regia Academia Gottingensi Profess. pro solvendis ejusdem Academiae Votis Decennalibus, novisque nuncupandis, publicato Gottingae Mens. Septemb. Ann. MDCCXLVII.

„ REsuscitatur ab aliquo tempore, qui jam ante hos aliquot „ annos sparsus per Germaniam quoque rumor fuerat, de „ veteri Urbe ex cineribus, & pumicibus Vesuvii montis coepta „ erui, quam diurna Gallica, Britannica, Nostra Heracleam ap„ pellant, Herculanum, vel Herculaneum dicerent accuratius. „ Hoc enim oppidum maritimum paucis millibus passuum ab „ ipso illo Cratere Vesuvii remotum, cum jam pars illius Regulo, „ & Virginio Coss. ruisset, dubieque starent, quae relicta erant, „ paucis annis post, erumpente primum post hominum memo„ riam Vesuvii incendio, plane haustum, id est combustum, „ ejectisque ex illius horrendo specu arenis, cineribus, pumicibus, „ obrutum est.

„ Hujus igitur Oppidi, dum novas aedificationes, & villas mo„ litur Carolus Utriusque Siciliae Rex, quem in *Porticu* sua exor„ nanda studiose versari alias memoratur, non tenues modo reli„ quias, non statuas, columnas, urnas inveniri ajunt; sed pla„ ne Urbem integram, in eaque domus instructas, & homines

„ suis

,, ſuis cum veſtibus integros, ut deprehenſi a calamitate fuerant.
,, Non lubet jam quaerere, fierine poſſint, quae narrata de in-
,, venta denuo Urbe legimus? & qua ratione potuerint in octa-
,, vum usque decimum ſeculum tot res integritatem ſuam retine-
,, re? Melius de his quaeretur, cum quid inventum ſit, fide idoneo-
,, rum teſtium conſtabit. Nobis lubet cogitationi non injucundae
,, paullum immorari. Si liceat ponere vera eſſe, quae non dum
,, ſatis certis auctoribus narrantur: quam nova rerum quam ino-
,, pina facies hinc ſurgat literarum? Quanta pulveris hujus Veſu-
,, viani disjectu certamina antiquariorum conquieſcant? Quanta
,, item ſurgant nova? Ponite unum aliquem librum inveniri: quot
,, inde res diſcerent curioſi harum rerum? Cum nec una charta
,, manus eruditae calamo ſcripta, nec una cera ſtylo docto ſigna-
,, ta ejus aetatis ad nos pervenerit. Sed ſi tanta fortuna homines
,, antiquitatis ſtudioſos reſpiciat, uti ex illo ſepulcro prodeat ali-
,, quis integer Diodorus Siculus, cujus Bibliotheca eo tempore,
,, in illa vicinia, Bibliothecas ornabat haud dubie; Polybius ali-
,, quis totus, aut Salluſtius, aut (nimis forte invidendum mu-
,, nus!) Livius, aut Tacitus; aut Ovidianorum faſtorum pars po-
,, ſterior: aut, ut ad Patriam noſtram praecipue reſpiciamus,
,, illi Plinii majoris Bellorum Germaniae viginti Libri, quos ille in-
,, choavit, cum militaret in Germania? Bibliotheca vero tota ho-
,, minis eruditi ſi inveniatur (& fuerunt in ea vicinia Villae, ut
,, Ciceronis, & Luculli ſic aliorum procul dubio, quarum orna-
,, menta Bibliothecae non poſtrema) quantum inde materiae na-
,, ſceretur hominibus eruditis? Nonne illa fuerit quaedam Roma-
,, nae majeſtatis inſtauratio? Nonne felix quaedam reparatio tem-
,, porum? Igitur mirum non fuerit ſi quis de illo genere homi-
,, num Μουσοπάταχνος. ipſum Regem Carolum ſic alloquatur: *Ma-*
,, *cte vero iſta felicitate, Carole, Regum fortunatiſſime: tene*
,, *quaeſo, urge, preme occaſionem divinitus objectam tibi. Habes*
,, *oſtenſum tibi ad immortalitatem iter expeditum, facile, tutum.*
,, *Quin tu iſtos exercitus (quibus longum otium bona pars Europae*
,, *precatur) ocius ire jubeas ad eruendum ſua e ſepultura Hercula-*
,, *num, unde plus tibi, & illi manſurae per omnia, quae futura*
,, *ſunt, ſecula gloriae parabitur, quam ſi vaſtitatem per illum*
,, *inferas Italiae. Malis, quaeſo, reparator antiqui ſeculi, & an-*
,, *tiquarum artium omnium inſtaurator inſcribi ſtatuis, immo char-*
,, *tis aeternum manſuris commendari, quam incertam, dubiamque*
,, *Martis ſubire fortunam. Hoc igitur age, Carole, Rex Inclute,*

,, *& il-*

„ *& illud in primis cura, ut praeficiantur negotio cauti homines,*
„ *& periti harum rerum, & amantes, &, si functo jam fatis*
„ Aegyptio, Mazochius, *si illorum apud vos similes, si chorus ille*
„ *eruditae Italiae, cui suus velut Praesul fato datus esse praedica-*
„ *tur, negotio sufficere propter alia non possint; Socerum tuum ro-*
„ *ga, ut tibi* Bergeros *mittat suos, &* Mascovios & Christios, &
„ Saxios, *quorum opera caveatur, ne, dum inveniuntur thesauri,*
„ *pereant, ne parum accurate referantur, vel in pictas tabulas,*
„ *vel in literas: ne fiat, quod in Plinii villa, ut inventa etiam*
„ *delitescat*. Sed temperamus nobis ab imagine, quae forte a
„ somnio non multum differt. Profuerit sane Herculanum ex Ve-
„ suvii rejectamentis erutum Antiquitati, Historiae, Architecturae,
„ literis omnibus: fuerit parata gloria Regi Magnanimo, qui ista
„ Imperio, & providentia sua perfecerit: non profecto minus, quin
„ plus longe solidae gloriae, & perpetuae praedicationis meren-
„ tur Reges, & Amici Regum illi, qui rationibus aliis moliun-
„ tur *reparationem seculorum*.

Ex Epistola D. Card. Quirini ad Jacobum Vvillelmum Feverlinum Publicum Academiae ejusdem Professorem, Brixiae impressa Mens. Febr. an. MDCCXLVIII.

„ O Utinam! pari ratione, qua cupitis, ut ex Herculano, ve-
„ luti ex sepulcro, prodeant aliquis integer Diodorus, Po-
„ lybius aliquis totus, aut Sallustius, aut Livius, aut Tacitus,
„ aut Ovidianorum Fastorum pars posterior, aut Plinii Majoris
„ Bellorum Germaniae libri viginti; cura mea novam vitam Dio
„ Cassius recipere potuisset! Pro eo e Vaticana Bibliotheca effo-
„ diendo, non mediocriter, me uno, & amplius abhinc anno la-
„ borasse, fidem vobis facient binae meae Epistolae ad Reima-
„ rum Clarissimum Hanburgensem Professorem datae, locumque
„ sortitae in quarta mea Latinarum Decade. An melior fortuna
„ arriserit Carminio Falconi, Calabro hisce temporibus Archiepi-
„ scopo, res ipsa declarabit propediem; admonuit me scilicet il-
„ le ante tres menses, Dionis sui primum Tomum lucem publicam
„ visurum, antequam annus modo jam elapsus expiraret. Opus
„ illud avidissime expectari a Reimaro, omnium certissime testari
„ vobis potis erit Crusius vester, quod recens Haarburgi lares suos

„ posue-

„ posuerit ; indeque per ipsum propius extimulari velim eundem „ Reimarum meo etiam nomine ad editionem ejus Historici, „ quam & ipse a multis annis adornat, cito in publicum edu- „ cendam.

Ex Epistola Hermanni Samuelis Reimari Publ. Hamburgensis Academiae Profess. ad D. Card. Quirinum scripta Hamburgi die V. Febr. MDCCXLVIII.

„ Tandem aliquando tempus instat, quo possim manum ad- „ movere operi, cujus Tu adhuc Fautor, idemque Pro- „ motor, Instigatorque fuisti, simulque, si id per Te licebit, meam „ Tibi pietatem, gratumque animum testari. Nam, ut ex adjecto „ specimine Editionis intelliges, hic Hamburgi jam paratur Edi- „ tio, typi recentes, & quidem luculentiores ad textum gr. lat. „ funduntur, & facto post Pentecostem initio, quatuor hebdoma- „ datim plagulae profligabuntur; sic ut proximo anno sperem „ me primum volumen ad Tuae Purpurae praetextam depositu- „ rum. Ceterum de Herculaneo cuperem certiora, quam adhuc „ rescivimus; quamquam ex illius incendii reliquiis nihil expecto „ ad Dionem. Tamen, si comparationi locus est, citius ex igne „ Vesuvii, quam ex fumo Falconis restitui Dionem posse arbitror.

ANI-

ANIMADVERSIO SECUNDA

IN SECUNDAM EPISCOPI STABIANI DISSERTATIONEM.

CAPUT I.

De Antiquitate, & Praestantia Ecclesiae Stabiensis.



LTERA hac disputatione noster Episcopus luctuosissimam praeteritorum temporum vicem indolens, nostrarumque potissimum Provinciarum jacturam deflens, quae Gothorum, Visigothorum, Ostrogothorum, Nortmannorum continuis attritae bellis, & vastationibus afflictae cuncta Romanorum monumenta excidere, ac deperire passae sunt, nonnullorum Monachorum, praesertim Benedictinorum diligentiam laudat, quae nisi fatiscenti Reipublicae literariae obstitisset, & auxiliarias dedisset manus, quibus aliqua e ruinis evaserunt, & ad haec usque tempora pervenere, omnia prorsus pessum ivissent, ac veluti incendio quodam conflagrante penitus evanuissent. Eas vero reliquias antiquitatis Monachorum industria e faucibus, ut ajunt, fati ereptas, & huc illuc dispersas maxima cura, & labore ex variis Regni Archivis, Pluteisque in unum collegit, atque ita a squalore, ac tenebris asseruit Caesar Capacius; sed quia Surrentinae Civitati, magis vero veritati admodum favere deprehendit, totis viribus eum adoritur Milante, nullo delectu, nullo rerum criterio, nulla demum temporum ratione historiam concinnasse affirmans. At pace dixerim nostri Milante, immerito hic exagitatur Capacius, qui ea, quae veluti ab interitu liberavit, non temporum serie congessit, sed, utut occasio sese obtulit, & rerum dicendarum ordo postulare visus est, in historiae commenta-

rios

rios retulit; quamvis pretiosiorem suam supellectilem, & armamentarium ab ipso Capacio eumdem Milante hausisse, nemo non videat.

Ceterum quia tota Milantei belli moles praecipue in unum Patriarcham Antiochenum confutandum inclinat; idcirco sic illum acerrime aggreditur. (a) „ At num eadem in re fides sit „ adhibenda Cl. Patriarchae de Anastasiis, esto ea in re exa„ minanda adcuratiori? operosius est inquirendum. Citra o„ mnem dubitationis aleam in Antiquitatibus Ecclesiasticis Sur„ rentinis edisserendis nimium insudavit doctissimus Scriptor, „ utque laudatam Surrentinam Ecclesiam magnificaret, non „ semel ab historiae veritate, esto non ex animo, recessit, „ qui nimio erga suam pridem Cathedram detinebatur amore.

„ I. Dum de primo Stabiarum Episcopo inquisitionem insti„ tuit Cl. V. rem incertam omnino esse adserens, subdit (*pag.*95.) „ Certum tamen est septimi seculi initio Sanctum Catellum ejus „ Civitatis Episcopum fuisse, ut dicemus in Commentariis ad le„ ctiones ejusdem Sancti, & Sancti Antonini Abbatis. Sed longe „ ante Episcopos obtinuisse Stabias Capacius & Ughellus opinan„ tur; ajunt enim anno 499. Ursum Episcopum Stabiensem Ro„ manae Synodo I. sub Symmacho Summo Pontifice habitae sub„ scripsisse, & re vera in ea Synodo quinquagesimo loco post „ ipsius Symmachi nomen habetur: *Rosarius Surrentinus*, *&* „ *pro Fratre meo Urso subscripsi*, & ultimo Episcoporum loco, „ antequam incipiant subscribere presbyteri, legitur: *Ursus Sta*„ *bianus*.

„ At vero Stephanus Baluzius ex Codice quodam manu exa„ rato Bibliothecae Colbertinae ejusdem Synodi subscriptionem „ ita refert. *Rosarius Episcopus Ecclesiae Surrentinae subscripsi*; „ tum sequitur: *Stephanus Episcopus Neapolitanus subscripsi*. „ Deinde iterum *Rosarius pro fratre meo Urso subscripsi*. Et paulo „ post: *Ursus Episcopus Astallinae subscripsi*. Itaque ille Ursus, „ qui in primo Codice dicitur Stabianus, in hoc Baluzj nuncu„ patur *Episcopus Ecclesiae Astallinae*. Sed Codicem hunc men„ dosum nimis esse ipsemet fatetur Baluzius, & in eo plusquam „ quingentos castigasse errores; quamvis lyncaeus hic vir cras„ sum illum ac palmarem adhuc non deprehenderit, quo Con„ stantius semel notatur Surrentinus Episcopus, vice Rosarii;

H „ utcum-

(a) *Pius Thom. Milante Episcopus Stabian. in Dissert.* 2. *pag.* 70. *vers.* 27.

„ utcumque tamen est, non adeo liquido constat *Ursum* illum „ Stabiensem Episcopum fuisse, licet ibidem, ubi legitur *Ursus* „ Episcopus Ecclesiae Astallinae advertatur Codices 449., & 1573. „ tenere: *Ursus Episcopus Stabianus*.

„ Ad haec accedit, quod in III. Synodo Romana sub eodem „ Symmacho biennio post coacta, anno scilicet 501. octavo loco „ subscribebat: *Ursus Episcopus Reatinus*. At vero quis divinare „ posset num Ursus ille in primo Concilio subnotatus unus, & „ idem fuerit cum eo, qui in hoc tertio subsignavit, & an fuerit „ germanus Rosarii, qui pro eo in prima Synodo subscripsit, „ fratremque appellavit, respiciens ad naturalem conjunctionem, „ non vero ad Religionis, sacrique Ministerii, quod exercebant, „ copulationem, locique propinquitatem?

„ Verum magis magisque miror, quod Vir plusquam lyn- „ caeus, & revera aquilini adspectus heic coecutierit. Ut quid „ enim a Baluzio reprobatum Codicem, ceu mendosum, in quo „ ille *plusquam quingentos castigavit errores*, in medium produ- „ cit ad inducendam de nostro *Urso* dubietatem, quum etiam alii „ ab eodem Baluzio laudati Codices hunc adserant Episcopum „ *Stabianum*? Hoc quidem, bona venia tanti viri sit dictum, „ non est sapientis Critici, ut ipse erat. Debebat utique tantus „ Vir ad omnem deponendam caespitationem animadvertere, „ quod inter omnes Orbis Ecclesias (ne solum Italicas complectar, „ ex quibus dumtaxat ad laudatam Synodum Episcopi tunc fue- „ runt adciti) *Astallina* nunquam fuerit adnumerata, praesertim „ V. Ecclesiae seculo, quo laudata Romana Synodus fuit coacta. „ Id enim manifeste conligitur ex syllabo Episcopatuum, atque „ ex Sacra Geographia, necnon ex insignibus scriptoribus, qui „ ea de re pertractarunt, nec unquam *Astallinae Ecclesiae* memi- „ nerunt, ut praeceteris consuli possunt Carolus a S. Paulo, Lu- „ cas Holstennius, Aubertus Miraeus, Emmanuel Schelstrate, „ aliique bene plures, & ex Acatholicis Guillelmus Beveregius, „ Johannes Albertus Fabricius, Joseph Binghamus, & alii. Quum „ ergo ex eo deprehendatur mendosus ille codex in medium pro- „ ductus, & aliunde nedum ex aliis codicibus, quos Baluzius „ laudat, & ex eo Patriarcha repetit, verum ex omnibus conle- „ ctionibus Conciliorum *Ursus Stabianus Episcopus* legatur sub- „ scripsisse I. Romanae Synodo sub Symmacho coactae, ea de re „ dubitationem invehere quid aliud revera est, quam deviare a „ semita veritatis? Praesertim quia, quae in medium producit

„ ad

„ ad eandem caespitationem firmandam, elumbia sunt, nulliusque momenti. Quid enim mirum, quod in III. Romana Synodo sub eodem Symmacho *Ursus Episcopus Reatinus* octavo loco subscripserit, non subscripserit vero *Ursus Stabianus*, & num *Ursus Reatinus* fuerit germanus *Rosarii Surrentini*? Ad rem nil ea faciunt, & si quid urgent, solum mendis a capite ad calcem scatere Codicem a Baluzio reprobatum ostendunt. Numquid ne itidem quia *Ursus* vocabatur *Reatinus Episcopus*, non poterat alius *Ursus* esse *Stabianus* Antistes? Aut quia hic non subscripsit III. Synodo, nec I. interfuit? aliena est utraque inlatio, quum plures ejusdem nominis Episcopi eodem tempore Conciliis subscripsisse legantur; & qui uni interfuerunt, reliquis subsequenti tempore celebratis non interfuerint, quod ex eo constat, quia I. laudatae Synodo ex omnibus Italiae Episcopis advocatis nonnisi LXXII. interfuerunt.

„ Alia itidem addit Cl. V. ad evertendam antiquitatem Ecclesiae Stabiensis, quae confutanda erunt in Syllabo Episcoporum ejusdem Ecclesiae, ubi de B. Laurentio verba faciemus, ne incassum eundem lapidem revolvamus; praecipue quia ibi examinandus erit lapis sepulchralis Aequis servatus: quare modo solum adnotabimus quae contra praestantiam ejusdem nostrae Cathedrae scribit, ut omnia ejus objecta diluamus.

„ Postquam enim doctissimus Patriarcha antiquitatem Stabiensis Ecclesiae impugnavit, frustra licet, iterum occasione quaesita ejusdem Cathedram suppeditandam adsumsit, esto non ex animo, ut puto, sed solum ad fimbrias Metropoliticae suae sedis dilatandas, ut aliis quoque aliquando mos fuit: & o utinam impraesentiarum adhuc non vigeret apud aliquos eadem consuetudo, quam omnes Ecclesiae Patres detestantur, omnesque Synodi condemnant. Ut ut autem id evenerit, ne vel in modico detraham tanto viro, quia solum pro veritate pugno, quid ille dixerit ingenue producam, deinde quod a veritate longe abit solidis momentis evertam. Et quia eruditus Antistes ea propter universae Ecclesiasticae, necnon profanae antiquitatis, ac eruditionis campos percurrit, eosdem adire non desinam ego ad veritatis criterium.

„ I. In medium producto Barbati diplomate ex Capacio ab Ughello exarato confestim subdit (*pag.* 89. *num.* XII.) Mirum sane, ut dicebamus ad XII. usque Seculum perdurasse disciplinam ordinandi Episcopos in villis, quae jam ubique in Occiden-

„ te deleta fuerat; praecipue decreto S.Leonis in illa praeclarissi-
„ ma epistola jam inde ab anno, ut putamus 453. circiter scripta
„ ad Episcopos Africanos per Mauritaniam, Caesariensem, &c.
„ Ex quibus, ut patet, unum hoc statuere contendit XII. Seculo
„ *Castrum maris* villam fuisse, in qua juxta Ecclesiae Canones ne-
„ fas erat Episcopum constituere, oblitus certe eorum, quae ad-
„ verterat in eadem pagina, dum laudato diplomate, & ex scri-
„ ptis verbis illis Barbati: *Clero*, *Ordini*, *& Plebi existenti Ec-*
„ *clesiæ Stabianae*, ad marginem haec ipse adnotavit asterisco
„ citante ac explicante: *observa heic antiquissimam Castri maris*
„ *nobilitatem*. Quis autem ruralem Ecclesiam ibi sitam dixit, ubi
„ *Clerus*, *Ordo*, *& Plebs erat*, *necnon antiquissima nobilitas ful-*
„ *gebat*? Hanc antilogiam novit ipsemet doctissimus Patriarcha
„ postquam plurima congessit ad rem omnibus notam firman-
„ dam, cretas Samum, & columbas deferens Athenas: at ne
„ omnem conlectam messem deperderet, qui eam omnino abji-
„ cere debebat, subdidit: (*pag.* 91. *num.* XIV.) Duodecimi au-
„ tem Seculi initio in adeo frequens, (*Castrum maris*) excreve-
„ rat oppidum, ut divisio inter ordinem, seu nobiles viros, &
„ plebem, quod magnarum urbium est, ibi jam invaluisset;
„ quemadmodum ex enunciato Barbati diplomate dato ad Cle-
„ rum, Ordinem, & Plebem in comperto est. At num per
„ hanc palinodiam plene diluerit antilogiam? qui sapit judicet,
„ quum infra pauca adnotanda dabimus, ut nostra Cathedra
„ vindicetur.

„ II. Eodem Barbati diplomate transcripto ex Capacio, dum
„ profert Capacii interpretationem per parenthesim adjectam
„ (*fortasse ejus erat electio*, *& Pontificis confirmatio*) subdit:
„ (*pag.* 93. *num.* XVI.) Sed frustra est, quod proprio marte addit
„ Capacius, *Barbatum*, scilicet, *ad summum Pontificem diploma*
„ *dedisse pro confirmatione*. Id enim ea tempestate haud necesse
„ erat, nisi fortasse tunc incidisset prima Episcopatus Stabiensis
„ institutio, quae revera multo pridem facta erat.... Sed parcen-
„ dum Capacio homini a Sacrorum Canonum studio, & cogni-
„ tione alieno &c. Variisque in medium prolatis monumentis, qui-
„ bus Metropoliticum jus sacrandi Suffraganeos statuere conten-
„ dit, ut hoc jus uti proprium, & ex Divina, aut saltem Aposto-
„ lica institutione Surrentinae Ecclesiae competens firmet, semper
„ Stabiensis Ecclesiae (cujus Antistitem *Episcopum*, *vel Corepisco-*
„ *pum*, *sive suffraganeum dicit pag.*85. *num.* VIII.) decorem mi-
„ nuere

„ nuere videtur; quapropter ſubdit: (*pag.* 95. *num.* XVIII.) Atque „ hinc factum eſſe putamus, ut Epiſcopus Stabienſis bis ſingulis „ annis ad praeſtandum obſequium, ac reverentiam Surrentino „ Archiepiſcopo accederet, & ſi modo tantum ad eandem obe- „ dientiam e roſtro publice evocetur in memoriam vetuſtiſſimae „ dignitatis, atque inſtitutionis: non tamen accedit ex Decreto „ Concilii Tridentini, ut inferius de Vico Aequenſi, & Maſſa Lu- „ brenſi etiam dicetur.

„ III. Neque hac adſertione contentus, ut ſuae pridem Eccle- „ ſiae gloriam, plusquam fas eſt, ex laudato jure Metropolitico „ extollat, rem altius rimari cupit, nimirum, priſca rerum con- „ ditione, primaeva nempe Eccleſiae diſciplina, vetuſtaque ne- „ dum ſacra, ſed etiam profana hiſtoria, ethnicisque ritibus in „ medium productis, atque libratis. Quare, ut ex veterum Pon- „ tificum, ſive genuinis, ſive ſuppoſititiis epiſtolis rem ſuam de- „ promat, atque confirmet, *Naſutos Criticos* adpellat eos, qui „ Lucii I. Anacleti, ac aliorum uſque ad Syricium Papam RR. PP. „ Decretales epiſtolas, uti ſpurias explodunt (*pag.* 42. *num.* II.) „ quinimo & Acatholicis etiam laudatos Criticos adcenſet. (*pag.* „ 42. *num.* V.) Et quia Doctiſſimus Auctor inficiari non poteſt „ quod viri juxta pii, ac docti ea de re ſentiunt, ſubdit (*pag.* 48. „ *num.* I.) Generatim enim de iis collectionibus idem ſentimus, „ quod doctiſſimus Cardinalis Bona, Collectorum videlicet epi- „ ſtolarum Decretalium, quae extant ante Siricium, *piam frau-* „ *dem* admiſiſſe; hoc eſt licet genuinae non ſint epiſtolae eorum „ Summorum Pontificum, quorum nomina praeſeferunt, aut „ plurimum interpolatae; nihilominus utilia multa continent, „ veramque ſapiunt diſciplinam, eosque mores Eccleſiaſticos, qui „ eo tempore conſueti erant, quo ii Papae vigebant. Qua de „ cauſſa ex eisdem veterum Pontificum Epiſtolis, veluti ex incon- „ cuſſis monumentis probare contendit Apoſtolico Divinae inſti- „ tutionis eſſe diſtinctionem trium in Eccleſia Ordinum *Patriar-* „ *charum*, ſive *Primatum*, videlicet, *Archiepiſcoporum*, ſive *Me-* „ *tropolitarum*, & *Epiſcoporum*, ſive *Suffraganeorum*. Quotve „ monumenta Patrum ac Synodorum, quot Divini Verbi teſtimo- „ nia, ac Theologorum dicta in medium proferat, ſive ad rem ea „ faciant, ſive non, quis poteſt effari? incommodum eſt heic exa- „ rare, quod facillimum aliunde eſt apud eundem luſtrare. *Art.I.* „ *Lib.I.Cap.III.pag.*28. *& ſequentibus*, ea tamen omnia brevi con- „ futabo.

„ IV.Poſt-

„ IV. Postquam autem generalem statuit Thesim, & *Metro-*
„ *politarum*, sive, ut ipse explicat, *Archiepiscoporum* jura in suf-
„ fraganeos, eosque ordinandi facultatem propugnare studuit, ad
„ propria descendens, ut hoc jus Metropoliticum Surrentinae Ec-
„ clesiae vindicet, idque ex Apostolica institutione ac traditione,
„ adserit *Metropolitas*, sive *Archiepiscopos* iis Civitatibus ab Apo-
„ stolis fuisse datos, quae olim *Neocorae Urbes* dicebantur; & ita
„ eas propterea dictas adfirmat, quia in eis inlustrium Deorum
„ templa erant exstructa, quibus propterea *Archiflamines* ethnica
„ superstitione erant adscripti: idque ex decreto S. Lucii I. confir-
„ mat (*pag.* 50. *num.* IV.): quinimo (*pag.* 52. *num.* VI.) eos inter
„ *majores Sacerdotes* apud Graecos dicit adscriptos, qui erant
„ Νεωκοροι (*Neocori*) hoc est, qui in illustrioribus Urbibus propter
„ praeclarissima Templa, quibus erant ornatae, sacra fiebant:
„ quod etiam probare satagit ex illo Actorum XIX. ubi Ephesio-
„ rum Civitas *Neocora* dicitur in textu Graeco ob templum *Ma-*
„ *gnae Dianae*. Ex quibus omnibus veluti ex inconcussis princi-
„ piis sibi opportunam inferens conclusionem, & ex generali Thesi
„ ad peculiarem hypothesim descendens, Surrentinam Ecclesiam
„ propterea *Metropoliticam*, seu *Archiepiscopalem* adserit, & qui-
„ dem ex Apostolica institutione, quia *Neocoram*, & a S. Petro,
„ vel ab alio Apostolico viro itidem sic fundatam adfirmat *pag.*
„ 51. *num.* V. §. 2. Quod si verum est, ut verissimum putamus, am-
„ bigendum minime est Surrentinis Sanctum Petrum, vel alium
„ Apostolicum virum, quum illic fidem Christi intulit, Eccle-
„ siamque fundavit, eum dedisse Episcopum, qui alios Episcopos
„ dare, atque ordinare potuisset, praecipue quum ibidem extaret
„ celeberrimum Sirenum Templum, ad quod, ut in secunda par-
„ te ex Strabone aliisque dicetur, non modo Surrentini Cives, sed
„ etiam omnes Provinciales Graeci confluentes donaria offerre, ac
„ ludos choreasque ducere consueverunt. Haec, inquam, habet
„ Antiochenus Patriarcha -

„ Sed pace venerabilium ejus cinerum dixerim: plurima sunt
„ in praefatis adsertis paradoxa, & menda, quae spongia erudi-
„ torum egent. Et incipiendo a Barbati diplomate, quod jam
„ nunc extensis ulnis excipio, ne in me recudatur faba, quam in
„ eum cudam in Catalogo Episcoporum Stabiensium; uti genui-
„ num, inquam, excipio laudatum diploma, sed, eo admisso, ro-
„ go ab Inlustrissimo Antistite: enunciatur ne in illo primaeva
„ Surrentini Praesulis potestas, an autem ea, quam sortitus fuit

„ dum

„ dum primo fuit in Metropolitam adſumptus, anno nimirum „ MCX. quando in Archiepiſcopalem fuit evecta Surrenti Sedes, „ ut Ughellus obſignat? Si enim de primaeva Metropolitica po- „ teſtate ibi eſt ſermo, ſeu haec in eodem Diplomate exprimitur; „ iterum peto a ſapientiſſimo Magiſtro, cujusnam nominis erat „ Provincia, cui ab antiquis retro temporibus, & ante V. Eccle- „ ſiae Seculum Surrentinus Epiſcopus praeerat ut Metropolita? „ Nulla profecto: quum Surrentum pars fuerit Campaniae litto- „ ralis, quam finiebat ultimo ſuo termino, qui *Promontorium* „ *Minervae* dicebatur, ut ex Geographis, ac Regni Scriptoribus „ conſtat, & Plinius quoque aperte teſtatur. Neque poteſt, vel „ per jocum Surrentinae Urbi adſcribi Metropolitica dignitas, ſi- „ ve Eccleſiaſtica ea penſetur, ſive Civilis: quandoquidem Civili „ jure ſpectato ſola Capua Metropolis totius Campaniae erat, ut „ pro comperto eſt apud omnes, & ex his, quae infra proferen- „ tur, clarius innoteſcet.

„ Satisque eſt inpraeſentiarum laudare Ptolemaeum, qui ean- „ dem Campaniae Metropolim dicit, quod nec reticuit Florus: de „ qua re latius infra. Si autem Eccleſiaſtica Metropolis ſpectetur, „ in qua alia praeter ſolam Romanam Cathedram, eſt eam repe- „ rire, niſi plene deſipere quis velit? Certe antequam tunc inſi- „ gnis ea Urbs, & totius Regni ſine invidia princeps ſolo aequa- „ ta alio transferretur, aut ſaltem antequam nova Provinciarum „ diſtributio fieret, vel ad ſummum firmata ſubſiſteret, ea ſola „ Civilis *Metropoleos* charactere diſtincta in Actis Eccleſiae, inve- „ nitur, atque a Patribus adpellatur. In Concilio Arelatenſi I. coa- „ cto Anno CCCX. Protarius *Campaniae Provinciae* inter primos „ ſubſcripſiſſe offenditur, ſicut & in Concilio Sardicenſi celebrato „ Anno CCCXLVII. inter primos, qui ſubſcripſerunt, legitur Vin- „ centius Capuanus, qui ab eodem Concilio una cum Euphrata „ Coloniae Agrippinae Metropolita ad Conſtantinum Legatum „ fuit miſſus; quinimo in eodem Concilio, quum primum enu- „ merantur Provinciae, ex quarum Epiſcopis laudata Synodus „ coaluit, *Campania*, ceu diſtincta Provincia numeratur, cujus „ quum procul dubio ſola Capua fuerit Urbs princeps, & caput, „ ea certe civilis Metropolis erat, cujus propterea Epiſcopus inter „ primos ſubſcripſit. Et tandem S. Athanaſius, qui eodem tem- „ pore claruit, Capuam apellat Μητροπολιν τῆς Καμπανιας *Campa-* „ *niae Metropolim*: At ſolam Romanam Eccleſiam fuiſſe Metro- „ politicam totius Campaniae, &c. infra luculenter, & pleniſſi-

„ me

„ me ostendetur. Quomodo igitur istud Metropoliticae Sedis ab „ antiquis retro temporibus, & ex Apostolica institutione adfigi- „ tur Surrentinae Ecclesia ab Antiocheno Patriarcha, quando ab „ initio, nec Civilis, nec Ecclesiastica Metropolis fuit, & solum- „ modo X. declinante Seculo fuit in Archiepiscopalem erecta? „ Fuerit Campaniae adjecta temporum decursu Picentina Provin- „ cia (quod non inficiamur, sicut & alias nationes aliquando „ etiam fuisse adjectas bene novimus praesertim ex laudato Cl.Ca- „ millo Peregrino. Sed quid ad rem? Surrentum ad aliam regio- „ nem spectabat, eratque, ut diximus, terminus Campaniae lit- „ toralis suo promontorio claudens Craterem: heinc nusquam, & „ nunquam Metropoliticam praerogativam, sive civilem, sive „ Ecclesiasticam jactare potuit.

„ Quod ut magis magisque clarescat lubet ex ipsiusmet Cl. „ Scriptoris verbis primum, deinde ex omnium Eruditorum sen- „ su validisque monumentis quod dicimus inlustrare. Et nonne „ ut laudatus Praesul suum firmet adsertum ea in medium produ- „ cit Synodorum, ac RR. PP. decreta, quibus statuitur, ut a Me- „ tropolitis inaugurentur Episcopi suarum Provinciarum? Utique. „ Verum quum in eisdem decretis ii exprimantur Metropolitae, „ qui Patriarchae fuerint, sive Primates, certo certius nullum fir- „ matur jus pro Surrentino Archiepiscopo, etiam si Divinae, vel „ Apostolicae institutionis foret (quod iterum, iterumque nego) „ quum hic nunquam fuerit vel Patriarcha, vel Primas, aut Exar- „ chus, & quae ignota ei Provincia adfingi potest, nullum tale „ tribuit jus, unde possit Suffraganeos Episcopos consecrare, ut „ constat ex omnium veterum Synodorum, ac RR. Pontificum de- „ cretis, nec potest in dubium revocari ab eo, qui vel a limine „ Ecclesiae monumenta salutavit. Eapropter S.Innocentius I.R om. „ Pontifex scribens ad Alexandrum Patriarcham Antiochenum „ ait: Revolventes auctoritatem Nicaenae Synodi, quae unam om- „ nium per orbem terrarum mentem explicat Sacerdotum, arbi- „ tramur, Frater carissime, ut sicut Metropolitanos auctoritate „ ordinas singulari, sic & ceteros non sine permissu, conscientia- „ que tua sinas Episcopos procreari, in quibus hunc modum recte „ servabis, ut longe positos litteris datis ordinari censeas ab his, „ qui nunc eos suo tantum ordinant arbitratu: vicinos autem, si „ existimas, ad manus impositionem tuae gratiae statuas perveni- „ re. Syricius Papa *in epistola ad Africanos*, lecta & probata in „ Concilio Teleptensi statuit, *ut extra conscientiam Sedis Aposto-*

„ *licae hoc est Primatis, nemo audeat ordinare*. Et S. Leo M. ad „ Anastasium Thessalonicensem Episcopum, suum per Illyrici „ Orientalis Provincias Vicarium, scribens inquit: De persona au- „ tem consecrandi Episcopi, & de Cleri plebisque consensu Metro- „ politanus Episcopus ad fraternitatem tuam referat; quodque in „ Provincia bene placuit, scire te faciat, ut ordinationem rite ce- „ lebrandam tua quoque firmet auctoritas. At cum ita res se ha- „ beat, potest ne probari adserta haec Metropolitica Surrentini „ Episcopi potestas circa ordinationem Episcoporum, & eorum, „ etiam qui fingi possunt, suffraganei ejusdem Surrentinae Eccle- „ siae? Minime gentium. Notum est enim omnibus ne dum Epi- „ scopos omnes Campaniae felicis, verum & omnium Ecclesia- „ rum Suburbicariarum, sive Urbicariarum, quae sub Praefecto „ Praetorio Italiae erant constitutae, universim unicum habuisse „ Primatem, imo unicum Metropolitam R. Pontificem, eum- „ que supremum, a quo eorundem Episcoporum ordinatio pera- „ genda erat (si fortasse Mediolanensem, Ravennatem, & Aqui- „ lejensem Metropolitas excipias, quibus alia erant adnexa jura, „ de qua re disputant eruditi, nec nobis, qui Campaniae fines „ haud praetergredimur, ea in re immorari, aut de ea judicium „ ferre fas est) ita, inquam, dilucidum est, ut etiam Capacius, „ quem Patriarcha dicit *hominem a sacrorum Canonum studio, &* „ *cognitione alienum*, bene noverit; resque ita est firma, ut nul- „ lum per priora decem Ecclesiae Secula sit adinvenire Episcopum „ in Regno nostro, qui non fuerit a Romano Pontifice Romae „ (vel ex ejus consensu, & speciali licentia extra Urbem) ordi- „ natus; quod & deinceps pariter fuit servatum, ut ex aliqui- „ bus infra laudandis exemplis innotescet; constatque ex plena- „ rio consensu, & judicio omnium eruditorum adserentium ha- „ rumce Snburbicariarum Ecclesiarum omnimodam subjectionem „ Romano Pontifici, nedum ut Supremo Ecclesiae vertici, aut „ Occidentis Patriarchae, vel Italiae Primati, verum ut imme- „ diato earumdem Metropolitae. Quo circa adsertum Patriar- „ chae Antiocheni de Surrentino Episcopo, ceu Graecae Civitatis „ Episcopo Graecum morem servante ex plenario jure in ordina- „ tione suffraganeorum omnino evanescit, ut ex superius dictis, „ & ex Ecclesiae Canonibus patet; firmabiturque magis infra „ exemplis Neapolitanae Ecclesiae proculdubio in Graeca Repu- „ blica erectae. Quae autem fuerit haec Provincia Graeca, cui ut „ Metropolita praeerat Surrentinus Episcopus? Certe nec per con- „ jecturam potest enunciari.

„ Et quidem ſi tale jus Surrentino Archiepiſcopo ex Divina , „ vel Apoſtolica inſtitutione competeret, aliquod ſaltem adpare- „ ret exemplum de hac inauguratione facta tota illa temporis in- „ tercapedine, quae ab Apoſtolico Aevo ad XII. usque ſeculum „ occurrit. Quum ergo nec leve indicium ejusdem conſecrationis „ ſit adinvenire, recte dicimus, ac repetimus ſemper, nullimode „ laudato Archiepiſcopo praefatum jus ſacrandi ſuffraganeos Epi- „ ſcopos adhaeſiſſe. Cl. Patriarcha recurrit, & adpellat ad ma- „ gnum illud primaevum Surrentinae Eccleſiae Archivum, quod „ in flammas abiit, ibique ait exſtitiſſe haec diplomata, ſive Acta „ peractarum ab ejusdem Eccleſiae Praeſulibus conſecrationum ſi- „ bi ſuffraganeorum Antiſtitum. At hoc eſt ibi quaerere praeſi- „ dium unde ſubſidium nullum. Quinimmo nec quidem per ſo- „ mnium ibi potuiſſe haec acta ſervari apertiſſime conſtat ex invi- „ ctiſſimis monumentis, ex quibus habetur omnium Epiſcoporum „ Regni Neapolitani (utpote ſuburbicariorum Eccleſiaſticae Ro- „ manae Dioeceſeos) conſecrationes a R. Pontifice fuiſſe peractas, „ ad eumque ſpectaſſe; & ne a Surrentina Eccleſia vel leviter re- „ cedamus, ut res clarius eluceſcat, Nonne Clementinae Patriciae „ S. Gregorium M. roganti ut AMANDUM electum Epiſcopum „ Surrentinum confirmaret, reſpondit SS. P. quantocius eſſe Ro- „ mam mittendum, idemque injunxit Fortunato Epiſcopo Nea- „ politano, ut, nimirum, ſuper eodem diligenti inquiſitione de- „ ſumta *omni poſtpoſita* tarditate ad eum remittat, Signum ergo „ evidens eſt, quod Surrentinus Antiſtes haud ex eis erat Metro- „ politis, quibus competebat jus conſecrandi ſuffraganeos Epiſco- „ pos, alioquin non a Papa, ſed a comprovincialibus Epiſcopis „ fuiſſet inauguratus, ut mos olim erat, ac praeſcriptum de ordi- „ natione Metropolitarum: de qua re quum pene innumeri per- „ tractent, conſuli prae ceteris poteſt Hallerius, quem laudatus „ Patriarcha ſaepius commendat.

„ Neque locum ſibi vindicat ad praeſidium, quod Cl. Scri- „ ptor dicit, nimirum, *Antiquatum* fuiſſe hoc jus Surrentini Ar- „ chiepiſcopi. Quandoquidem vel hoc *antiquatum* fuit ante Bar- „ bati tempora, vel poſt. Si ante: quomodo antiquatum, quod „ nunquam fuit natum, ut ex epiſtolis S.Gregorii M. adparet? „ Et iterum ſi tunc antiquatum, quomodo in *Barbato* reſuſcita- „ tum? Si iterum in eo excitatum, quomodo in eomet exſtin- „ ctum? Numquid ne fuit hoc jus Jonae hedera, quae ſtatim ac „ exorta excrevit, etiam exaruit? Tempore *Barbati* quatuor le-

„ guntur

„ guntur floruisse Stabienses Episcopi, e quibus unus *Gregorius*, „ qui ab eo dicitur datus, & a Patriarcha adseritur consecratus. „ (Alium dabimus ab Ursone datum, ut historiae veritati studea- „ mus, qui tamen Patriarchae fuit ignotus, & de hoc idipsum „ dicimus, quod de *Gregorio* adfirmamus) Si autem post *Barba-* „ *tum* idem jus fuit antiquatum: iterum dicimus hoc adseri non „ posse, quum nunquam idem jus competierit Surrentino Metro- „ politae. *Barbatus* igitur dum in laudato diplomate ait: *Grego-* „ *rium Praesbyterum ordinavimus Episcopum*, clare ostendit, „ quod ad eum devoluta facultate eligendi Stabiensem Episco- „ pum ob discordiam Electorum, seu litem in Clero exorta, & „ ad eum ceu Metropolitam facta adpellatione, eum delegit qui „ prae ceteris dignior erat ex Clero praefato, quod vel ex eo con- „ ligitur, quia Barbatus laudato Gregorio a se electo indixit quid „ agere oporteret, quidve vitare, ut in Dioecesi Stabiensi, & Ec- „ clesiasticae leges custodirentur, & inconvenientia cuncta remo- „ verentur ad pacem & sanctitatem in eadem Ecclesia sartam te- „ ctam servandam, quod etiam CLERO, ORDINI, ET PLEBI „ Stabiensi enunciavit. *Eique dedimus in mandatis, ne unquam* „ *ordinationem praesumeret facere illicitam*.

„ Et quidem si ea ordinatio fuisset vera consecratio, & non „ mera electio, procul dubio Barbatus in laudato diplomate me- „ minisse debebat decreti, seu subscriptionis Cleri ad eum missae, „ ut laudatum Gregorium ordinaret (sine qua nullus Metropolita „ Episcopos suffraganeos poterat inaugurare, ut constat ex quam- „ plurimis monumentis, cujus etiam decreti electionis formam, „ sive exemplar Lupus Ferrariensis exhibet; & videre est etiam „ inter opera Hincmari Rhemensis edita a Johanne Cordesio in „ *Appendice Conciliorum Galliae*. Nominare quoque debuisset „ duos saltem Comprovinciales Episcopos secum ad inauguratio- „ nem Stabiani Antistitis adsumtos juxta RR.Pontificum, & Con- „ ciliorum decreta. Quum ergo horumce omnium nec umbra in „ eodem diplomate conspiciatur, fatendum omnino est a Barbato „ fuisse electum in Pastorem Stabianae Ecclesiae Gregorium, quem „ postea R. Pontifex inauguravit: quod praesertim ex eo constat, „ quia Barbatus (idem dicimus de Ursone infra landando) non „ ait: *Consecravimus*, *Sacravimus*, *Inauguravimus &c.* sed dum- „ taxat *ordinavimus*, idest *instituimus*, *stabilivimus*, ut apud „ Dufresnium est legere.

„ Sed etiam gratis admisso, quod Barbatus (idem dicas de

„ Ursone) revera consecraverit Episcopum Stabiensem, numquid-
„ ne id egit ex Metropolitico jure ? Minime gentium . Certo cer-
„ tius id fuit ex speciali R. Pontificis commissione , sicut non se-
„ mel , & adhuc impraesentiarum fieri consuevit . Quod si prisca
„ monumenta rimari velimus ad rem nostram firmandam , id no-
„ vimus factum ab Archiepiscopo Salernitano ex concessione Leo-
„ nis IX. & Clementis II. a Beneventano Metropolita ex indulto
„ Johannis XIII. ab Archiepiscopo Amalphitano ex facultate ei-
„ dem facta ab Johanne XV. ut Ughellus percenset . Quare sicut
„ ex ea exceptione , quae firmat regulam in contrarium, neque
„ Salernitano , nec Beneventano , neque Amalphitano Metropo-
„ litae hanc facultatem jure Metropolitico competere constat, ita
„ & potiori jure eadem potestate caruisse Surrentinum Archiepi-
„ scopum indubium est , & inconcussum . Quinimo vel ex eo cer-
„ tius conligitur Surrentinum Archiepiscopum ne X. quidem Secu-
„ lo labente hac gratia fuisse (ad tempus licet) a Romano Pon-
„ tifice distinctum decoratumque , quia nullum exstat authenti-
„ cum monumentum hujusce obtenti privilegii, sicut pro laudatis
„ Archiepiscopis Salernitano , Beneventano , & Amalphitano le-
„ gitur ad tempus indultum , & ex eo etiam praesertim , quia in
„ laudatis Ecclesiis Apostolorum Lipsana servabantnr, sicut etiam
„ ad nostram usque aetatem religiose coluntur ; in Salernitana, ni-
„ mirum, Ecclesia S.Matthaei Apostoli, & Evangelistae , in Amal-
„ phitana S.Andreae Apostoli, in Beneventana S.Bartholomaei; in
„ Surrentina autem Ecclesia nullum Apostolorum corpus, bustum
„ nullum eorum fuit unquam a fidelibus cultum . Quid ultra ? In
„ Surrentina Ecclesia qui primum fuit Archiepiscopali dignitate
„ insignitus Episcopus nonnisi unicum Stabiensem Antistitem ha-
„ buit suffraganeum , cui deinde duo alii fuerunt adjecti , Vici
„ Aequensis , & Massae Lubrensis , de qua re infra clarius distin-
„ ctiusque . At vero de laudatis Ecclesiis Salernitana , Beneventa-
„ na , & Amalphitana quot est ab initio enumerare Suffraganeos?
„ Dispar omnino igitur caussa fuit .

„ Metropoliticum adsertum jus laudatus Patriarcha confir-
„ mare contendit ex consuetudine evocandi e rostro bis in anno
„ suffraganeos Episcopos , Stabiensem , Vici Aequani , & Massae
„ Lubrensis ad obedientiam . Verum Cl. V. pietate , & doctrina
„ inlustris dum solum jus evocandi e Surrentino rostro suffraga-
„ neos Episcopos in medium produxit , certe non probavit abu-
„ sum illum a S.Sede proscriptum : nimirum , quum loco evoca-

„ torum

„ torum Antiſtitum tres Clerici Pluviali, Cappa, & Mitra ornati „ ante thronum Archiepiſcopi ſe ſiſtunt benedictionem ab eo ex- „ ſpectantes, ut fieri conſueviſſe a viris probatae fidei excepi; ſed „ ſolummodo, re tamen non bene librata, tranſcripſit, quod „ ejus anteceſſor D. Antonius de Pezzo ſtatuit *in Conſtitutionibus*, „ *& Decretis Dioeceſanae Synodi Surrentinae An.* 1654. Synodi „ revera omnem barbariem praeſeferentis, ut legenti eam patet, „ conſtatque ex praeſenti conſuetudine, ſeu potius abuſu, evocan- „ di Epiſcopos ſuffraganeos, al eno ne dum a conſuetudine „ omnium Eccleſiarum Metropoliticarum, praeſertim Neapoli- „ tanae, Capuanae, Salernitanae, aliarumque citra invidiam „ Surrentina praeclariorum, ſed etiam ex ſchemate, quo res iſta „ exprimitur *pag.*36. nimirum :„ Li ſuffraganei di queſta maggio- „ re Chieſa Surrentina da tempo immemorabile ſi chiamino due „ volte l'anno cioè il giorno del Santiſſimo Sacramento, (directe „ & expreſſe contra praeſcriptum *Caeremonialis Epiſcoporum*, „ quo praecipitur, ut ea die quilibet Epiſcopus in propria Dioe- „ ceſi Sacroſanctum Euchariſtiae Sacramentum in ſolemni proceſ- „ ſione deferat) „ ed in queſta de Santi Filippo, e Giacomo Tito- „ lo di queſta Chieſa Metropolitana.

„ Quod ſimiliter repetitur *ibidem pag.*41. ubi praeſcribitur, „ quod etiam ad proceſſionem cum Metropolita interveniant. „ Quare dum praefatam Synodum, riſu certe excipiendam, & ze- „ li fervore exſuflandam Cl. V. indicavit, certe oſtendit ignotum „ ſibi fore decretum Sacrae Congregationis, quo praefata conſue- „ ta evocatio diris devovetur, alioquin vir pius aeque ac doctus „ nec eminus Synodum illam conſpexiſſet. Ex laudato igitur di- „ plomate Barbati, ſicut & Urſonis, dum indicitur ut ſemel (non „ autem bis, ut comminiſcitur Antonius de Pezzo) in anno Sta- „ bienſis Epiſcopus ad Surrentinam Sedem adcedat, ſolum praeci- „ pitur, ut ad Provincialem Synodum ſemel in anno tunc celebra- „ ri conſuetam veniat, ut infra ex duplici diplomate Barbati, & „ Urſonis notis inluſtrato patebit. Porro quod Cl. Patriarcha ſub- „ dit de Epiſcopo Stabienſe inter *Corepiſcopos* enumerato, ita pro- „ cul abit a vero, ut nimium diſpliceat tantum virum in eam de- „ ſcendiſſe ſententiam, etiam ſi ad *ſuffraganeum* Epiſcopum di- „ ſtinguendum ea ſit uſus nomenclatura; utque res propatula cun- „ ctis fiat, quae viris eruditis eſt apprime nota, ita ratiocinium „ contexere lubet. Vel enim Stabienſes Epiſcopi, qui ab Archie- „ piſcopis Surrentinis ordinati adſeruntur a Patriarcha de Anaſta-

„ ſiis,

„ ſiis, erant veri Epiſcopi, & primi Ordinis Sacerdotes, quos Spi-„ ritus Sanctus poſuit regere Eccleſiam Dei, vel non? Si non, ſed „ tantum erant ex eorum coetu, qui foraneis praeſentibus Vica-„ riis, paulo altiori dignitate fulgentes comparantur, quomodo „ Barbatus Ordinator Gregorii (ſicut Urſo ordinator Johannis) „ in ſaepius laudato diplomate injunxit ei, ut non faceret *ordina-„ tionem illicitam*, ſtatuitque eidem ſtatos dies in quibus Sacros „ Ordines conferret? Certe Sacra Ordinatio ita ſolis Epiſcopis „ competit, ut aliud effutire ſit in haereſim Aërianorum, ac Pres-„ byterianorum deſcendere. Similiter hoc admiſſo ſyſtemate ſo-„ lum iis exceptis, qui (antiquato jure Metropolitico competente „ Archiepiſcopo Surrentino juxta mentem laudati Patriarchae) „ fuerunt a Romano Pontifice inaugurati, nonne omnes alii, qui „ poſſent numerari, ab Ordine Epiſcoporum excluderentur, & „ conſequenter etiam S.Catellus Tutelaris noſter, qui ab eodem „ Patriarcha verus Epiſcopus Stabienſis adſeritur, & ita etiam a „ Sacra Rituum Congregatione probatur? quod quam ſit abſur-„ dum, omnis qui ſapit, intelligit. Si autem laudati Stabien-„ ſes Epiſcopi revera fuerunt tales, utpote reapſe fuiſſe tales, „ conſtat ex dictis, & etiam quia Synodis ſubſcripſerunt, uti „ Urſus Synodo Romanae ſub Symmacho Papa, & Luben-„ tinus Synodo ſub S. Martino I. ut infra magis magisque „ oſtendetur, quomodo *Corepiſcopi* dici poſſunt Antiſtites Sta-„ biani? Fuiſſe enim aliquando ab Epiſcopis Dioeceſeon in *Corepi-„ ſcopos* adſumtos eos Epiſcopos, qui a propriis Dioeceſibus vario „ ex adverſo fato erant extorres, quosque propterea Veteres ad-„ pellarunt Χολαίυς, & Χολαζοντας Ε᾽πίσκοπυς *Epiſcopos vacantes*, „ ut, nimirum, in ruribus, & oppidulis Epiſcopalia munera, ex-„ tra tamen Sacram ordinationem, (niſi ſpeciali licentia Epiſco-„ pi Dioeceſani adcedente) obirent, & in adjutorium Epiſcopo-„ rum Dioeceſum forent: heinc dicti ſunt etiam *Epiſcopi rurales*, „ ex hiſtoria Eccleſiaſtica bene novimus, traduntque viri docti „ poſt pauca laudandi. At quandonam *Chorepiſcopi* generatim, „ & univerſim expreſſi Sacro Charactere fuerunt decorati, ut Epi-„ ſcopalia munera in villis obirent? Novum eſt, & inauditum „ a ſeculis. Quandonam iterum auditum fuit quod idem foret „ Epiſcopus ſuffraganeus, & *Chorepiſcopus*? Omnes quotquot „ eruditi audiunt refragantur: quare quod heic laudatus Patriar-„ cha ſcribit omnino eſt explodendum; praeſertim quia eo tem-„ pore, quo ipſe ſtatuit *Chorepiſcopos* Stabienſes, nec munus, nec

„ no-

„ nomen eorum ſit adinvenire, quum univerſim viri docti adfir-
„ ment ſub dimidium X. Seculi in Occidente *Chorepiſcopos* omnino
„ deſiiſſe. Et Theodorus Balſamon, qui anno 1180. claruit, ad-
„ ſerit ſuo tempore *Chorepiſcopos* etiam in Oriente omnino exole-
„ viſſe. Vel ex eo tandem evidentiſſime conſtat Stabienſes Anti-
„ ſtites olim non potuiſſe dici *Chorepiſcopos*, quia ut dixi, & infra
„ magis clareſcet, olim Stabiana Dioeceſis amplior prae Surren-
„ tina fuit.

„ Ad illud autem, quod laudatus Patriarcha profert ex Epi-
„ ſtolis veterum RR. Pontificum Anacleti, Lucii &c. Dicimus,
„ quod non recte accuſat uti *Naſutos Criticos*, eos, qui ad ſpuria
„ ac ſuppoſititia monumenta easdem Epiſtolas amandant, cum
„ quia qui ita ſentiunt, nec haeterodoxi ſunt, nec aſperiores Cri-
„ tices viri, ſed auctores inſignes de Litteraria Republica, ac de
„ S. R. E. optime meriti: tum etiam quia momenta, ex quibus eas
„ ablegant Epiſtolas, valida ſunt, ac luce meridiana clariora;
„ praeſertim quia, quae in eisdem oſſenditur Eccleſiae diſciplina,
„ longe abit ab aetate, qua laudati RR. Pontifices floruerunt.
„ Quare, quae in medium Cl. Patriarcha ex Cardinale Bona pro-
„ ducit, omnia adverſa ſunt ejus adſertioni, & quae fortaſſe lau-
„ datus Patriarcha vir ingenuus, & doctus propriis oculis haud
„ luſtravit. Ut autem veritas innoteſcat en verba Cardinalis Bo-
„ na fideliſſime exarata. „ Dudum enim ab eruditis obſervatum
„ eſt (*RR. PP.*) Epiſtolas decretales usque ad Siricium ſuppoſiti-
„ tias eſſe, a quodam Hiſpano ſub nomine Iſidori, (quicumque
„ ille fuerit) ſub fine ſeptimi ſeculi pia fraude confictas, & ex ſen-
„ tentiis veterum Canonum, Legum etiam Civilium, & Sancto-
„ rum Patrum, qui quarto, & quinto ſeculo floruerunt, turpi
„ anachroniſmo, eodemque fere ſtylo, ac dicendi charactere,
„ magna ex parte contextas, quas primum ex Hiſpania in Gal-
„ liam detulit labente octavo ſeculo Riculphus Epiſcopus Mogun-
„ tinus, & inde in alias regiones diſſeminatae, ac communiter ex-
„ ceptae ſunt. Sed tandem impoſtura detecta eſt, & Baronius de
„ his Epiſtolis diſſerens anno 865. earum falſitatem agnoſcit: &
„ aperte fatetur: *Ne quis*, inquit, *calumniari poſſit ab Eccleſia*
„ *Romana aliquid hujuſmodi commentum eſſe*. Earum igitur teſti-
„ moniis tanquam falſis, & inutilibus rejectis, certiora ex veris,
„ & legitimis Pontificum, ac Patrum ſcriptis proferenda ſunt, &c.

„ Et quidem vel ex eo ſuppoſititias eſſe praefatas epiſtolas
„ dignoſcitur, quia ex eiſdem adſeritur ab Apoſtolis inſtituta

„ Hie-

„ Hierarchica distinctio *Patriarcharum*, seu *Primatum*, *Archi-*
„ *episcoporum*, seu *Metropolitarum*, & *Episcoporum*, ut Pa-
„ triarcha contendit. Quandoquidem nullum ea de re exstat in
„ Actibus Apostolorum, aut in Paulinis Epistolis monumentum,
„ etsi ibidem de plurium Episcoporum ordinatione, ac de Epi-
„ scopis praefectis sacrae inaugurationi aliorum Episcoporum
„ mentio fiat. Nullum itidem exstat vestigium in Patribus ante
„ Nicaenis; & solummodo in Concilio Ephesino primum lauda-
„ ta dignitas occurrit, ubi numerantur quinque *Patriarchae*
„ *Dioeceseon Orientalium*; quinimo in Chalcedonensi Concilio
„ de Patriarchis Romano, & Constantinopolitano sub nomine
„ *Archiepiscoporum* fit verbum, quomodo etiam loquitur Libe-
„ ratus, ex quo adparet distinctionem adpositam, & uti Apo-
„ stolicam decantatam commentitiam esse; & clarius innotescit,
„ quia Patriarcha antiquitus dictus est Ἔξαρχος τῆς διοικήσεως *Exar-*
„ *ches Dioecesis*, ut constat ex Concilio Antiocheno; & itidem
„ magis quia nomen *Archiepiscopi* amplioris olim erat dignita-
„ tis & potestatis indicium, & nonnisi Romano, Alexandri-
„ no, & Antiocheno Episcopis competebat, ut videre est etiam
„ in *Novella XI.* Justiniani, ubi Imperator de Episcopo Constan-
„ tinopolitano loquens ait: *Volumus, ut non solum Metropoli-*
„ *tanus, sed etiam Archiepiscopus fiat*. Quid itidem si posterio-
„ rem disciplinam omnino adversam ei, quae primori aevo vi-
„ gebat, recta lance libremus? Tres primitus novimus Patriar-
„ chas, seu Archiepiscopos, Romanum, videlicet, Alexandri-
„ num, & Antiochenum: sed postea nonne Constantinopolita-
„ nus, qui erat suffraganeus Heracleae, ex momento Imperato-
„ riae Civitatis a Constantino erectae, & Hierosolymitanus, qui
„ ab initio & adhuc tempore S.P. Augustini suffraganeus fuit Cae-
„ sareae, ex momento Sedis S.Jacobi Apostoli, fuerunt ad Patriar-
„ chale fastigium evecti? Nonne pariter deinde alii sunt instituti
„ Patriarchatus, praecipue Aquilejensis inter omnes princeps?
„ Notum est cunctis. Si enim ab Apostolis fuisset haec distinctio
„ Hierarchica, fuissent pariter ab eis designatae Ecclesiae (quod
„ non denegat P.de Anastasiis) semperque eadem fuisset servata
„ disciplina, nec unquam potuissent tam variam mutationem sub-
„ ire. Signum evidens ergo est, quod ab Apostolis non fuit haec
„ distinctio Hierarchica adinventa.

„ Quod vero Primates iidem sint ac Patriarchae, ut absolute
„ Inlustrissimus Dominus de Anastasiis adfirmat ponens utrum-

„ que

„ que vocabulum uti Synonymum, *Patriarchas*, *seu Primates*, „ longe abit a vero: quandoquidem a Conciliis, & in Historia „ Ecclesiastica etiam primoris aetatis, & deinde posterioris, oc- „ currunt innumeri Primates, qui non sunt Patriarchae, uti Car- „ thaginensis, Thessalonicensis, Numidiensis, Lugdunensis, Are- „ latensis, Toletanus &c. Et quamvis aliquando *Primates* dicti „ sint *Patriarchae*, sicuti etiam Patriarchali nomenclatura deco- „ rati fuerunt *Exarchi*, ut patet ex Evagrio, & Cassiodoro, „ quemadmodum etiam in Occidente Priscus Matisconensis Epi- „ scopus dictus fuit *Patriarcha*; certe tamen longe diversa signi- „ ficatione ab ea, quam nobis objicit Antiochenus Antistes, quum „ solummodo potestatem Metropoliticam in Patrum Patre, seu in „ *Exarcho*, vel *Primate* denotaverit. Quid ultra? Etiam *Metro-* „ *politani* olim dicti sunt *Patriarchae*, uti Theodorus Ephesinus „ Episcopus in VI. Synodo subscripsit, ita se adpellavit Philaletes „ Episcopus Caesariensis, & alia id genus monumenta plurima „ occurrunt. Et hinc item colligitur nomen *Patriarchae* haud „ fuisse ab Apostolis usurpatum ad distinguendum primum illum „ gradum Hierarchiae Ecclesiasticae.

„ Utque res tota magis firmetur observandum etiam occur- „ rit, quod universim Viri docti adnotarunt, nimirum, *Prima-* „ *tis* nomen nonnisi IV. Ecclesiae Seculo innotuisse, ex quo dein- „ ceps varii Dioeceseon Episcopi ita sunt adpellati. Sic enim pri- „ mum in Canonibus, qui Apostolici dicuntur, *Primas*, seu Pri- „ mus Episcopus exprimitur. Sic etiam a Concilio II. Chartagi- „ nensi idem enunciatur. Sed iidem Doctores optime advertunt, „ quod in Ecclesiae Actis nomine *Primatis* nonnisi *Metropolita* „ designetur, ut ex innumeris pene monumentis constat; & prae „ ceteris patet ex S.Leone M. qui dum ait: *Non convellantur Pro-* „ *vincialium jura Primatum*, statim edisserit quinam sint isti Pri- „ mates, subdens: *Nec privilegiis antiquitus institutis Metropo-* „ *litani fraudentur Antistites* „ Quare S. P. reprehendit Patriar- „ cham Anatolium, quod Metropolitas proprio eorum jure pri- „ vaverit, eadem loquendi formula utens. Videat ergo Patriar- „ cha de Anastasiis num *Primates* sunt iidem ac *Patriarchae*, & a „ Metropolitis in secundario ordine constitutis distinguantur?

„ Verum, quod *Metropolitani*, sive *Metropolitae* sic ab Apo- „ stolis, Apostolicisque Viris instituti ii ipsi sint, qui sunt dicti „ *Archiepiscopi*? Seu (quod in idem redit) num haec vocabula „ *Archiepiscopus*, & *Metropolita* synonyma sint, & ii spectent ad

„ alterum Ecclesiasticae Hierarchiae ordinem post *Patriarchas*, si-
„ ve *Primates*, ut Antiochenus Praesul contendit? iterum iterum-
„ que inficias eo. Quando namque, & ubi unquam, tribus prio-
„ ribus Ecclesiae Seculis *Archiepiscopi* titulus adjectus Metropolitis
„ legitur, ut ab Apostolis dignoscatur haec distinctio Hierarchica
„ instituta? Nec unquam nec usquam. Ἀρχιεπίσκοπος *Archiepi-*
„ *scopus* enim ex propria significatione denotat Primum Episco-
„ porum, seu inter Episcopos primarium, & Caput, sicut Archi-
„ mandrita primum Monachorum, Archidiaconus primum Dia-
„ conorum, &c. propterea IV. adolescente Seculo dumtaxat no-
„ men, seu titulus *Archiepiscopi* tribus Patriarchis Romano, Ale-
„ xandrino, & Antiocheno dumtaxat tribuitur: idipsum serva-
„ tum fuit sequenti ephoca; heinc in Ephesino Concilio Coelesti-
„ nus Papa dicitur *Archiepiscopus*, & in Pseudo-Ephesina Synodo
„ idem titulus *Archiepiscopi* tribuitur Episcopo Antiocheno. Idem
„ quoque titulus deinceps duobus aliis Patriarchis recens institutis,
„ Constantinopolitano, videlicet, & Jerosolymitano fuit addi-
„ ctus, ut patet ex Concilio Chalcedonensi: quare *Archiepisco-*
„ *pus* non *Metropolitam* denotabat, sed inter Metropolitas Prin-
„ cipem, & juxta distinctionem hierarchicam, ut ita loquar, ad
„ priorem ordinem spectantem, quod praeceteris clarissime deno-
„ tavit Justinianus supra laudatus, dum de Constantinopolitano
„ loquens ait: Volumus, ut non solum METROPOLITANUS,
„ sed etiam ARCHIEPISCOPUS fiat. Eodem pariter ex momento
„ hujusce praerogativae, ac praestantiae titulus hic adtributus fuit
„ aliquarum insignium Metropolion Episcopis: heinc in eodem
„ Ephesino Concilio Anastasius Thessalonicensis dicitur *Archiepi-*
„ *scopus*. Epiphanius Tyri, & Isaacus Apameae eodem titulo *Ar-*
„ *chiepiscopi* leguntur decorati in Concilio Constantinopolitano
„ coacto Anno DXXXVI. Quia igitur, ut dixi, gloriosum *Archie-*
„ *piscopi* nomen praerogativam singularem, & nobilem praemi-
„ nentiam praeseferebat, ambitione Graecorum Episcoporum al-
„ tiora expetentium, & saltem in nomine fastum, actum est, ut
„ temporum successu in Oriente innumeri dicti fere fuerint *Archie-*
„ *piscopi*, qui primitus erant solum Episcopi, eisque ad tale fasti-
„ gium nullum meritum viam aperiebat, iique, qui nullis praesse
„ poterant Episcopis; & quod detestabilius est, ex Imperiali pri-
„ vilegio, & rescripto ad hanc praerogativam adscenderunt: heinc
„ effectum est, ut in Leonis Imperatoris Διατυπώσει subjectae Con-
„ stantinopolitano Patriarchae recenseantur Metropoles LXXXI.

„ dein-

„ deinde Archiepiſcopatus praedicti generis XXXIX. ; ideoque in „ una eademque Provincia duo , & tres Metropolitae legantur. „ Verum , ut adnotavit Cl. Cardinalis Norisius , deinde & adhuc „ nunc in memoriam primaevi juris , avitaeque Orientalis diſci- „ plinae , Graeci Metropolitam Archiepiſcopo praeponunt : *Grae-* „ *ci poſteriores Archiepiſcopum poſt Metropolitam locant.* Ex Orien- „ te in Occidentem eadem diſciplina , ſerius tamen , defluxit , & „ X. Seculo , in noſtro Regno praeſertim , invaluit , ubi plures „ ſunt inſtituti Archiepiſcopi , numero videlicet XXI. qui etiam & „ *Metropolitae* ſunt dicti , tribus eorum nullum habentibus ſuffra- „ ganeum , Lancianenſe , videlicet , Nazareno , & Roſſanenſe ; „ ſed omnes ii avito principi Metropolitae Romano Pontifici , „ etiam ut Metropolitae Supremo , ſeu Primati ſunt plene ſubjecti, „ ut ubertim ſupra oſtenſum eſt . Videat ergo iterum Inluſtriſſi- „ mus de Anaſtaſiis num ex dictis Surrentinae Eccleſiae Divino „ Apoſtolico jure fuerit conceſſa Metropolitica Archiepiſcopalis „ poteſtas , quam ipſe adinvenit , atque jactavit ? Penſet ſenten- „ tiam vetuſti Eccleſiae Scriptoris , cui propterea hac in re fides „ eſt adhibenda , Tertulliani , videlicet , ex eoque excipiat quae, „ & qualis ſit Eccleſia , cui Metropolis competat . Verum quia „ res haec clarificationem expoſcit , ad veritatis notitiam aliqua „ iterum praenotare oportet , quibus , & Civilis , & Eccleſiaſtica „ diſtributio Provinciarum , & Metropolion notitia habeatur ; in- „ deque ſua ſponte profluat confutatio eorum , quae Patriarcha „ Antiochenus obtrudit .

„ Ne autem longum ea in re traham funem , breviter enun- „ ciabo conditionem *Metropoleos* , & quid de civili , quid de Ec- „ cleſiaſtica ſit dicendum , ediſſeram ; ſed prius de varia civili di- „ ſtributione Provinciarum breviter tractabo . Μήτρόπολις *Metro-* „ *polis* enim Graece illa dicitur Civitas , ex qua coloniae ductae „ ſunt : Μήτρα *metra* enim Graece idem eſt ac Latine , *uterus* , „ *ſeu matrix* , & Πολις *Polis* Graece Latine *Civitas* eſt ; licet juxta „ Canones Eccleſiaſticos etiam ea Civitas intelligatur , ex qua li- „ cet non ſint Coloniae deductae , revera tamen ea eſt caput , & „ princeps Provinciae . Ex quo factum eſt , quod , quum *Metro-* „ *polis* primam primariamque Provinciae Urbem denotet , quan- „ doque denotet etiam caput plurium provinciarum ; ſed tunc „ quidem , quum aliud adjectivum primatus adjungitur illi , ut „ olim fuit Sardis , quae Metropolis fuit plurium Provinciarum , „ ut conligitur ex nummo Reginae Chriſtinae , & Regis Gallo-

„ rum, quem refert Ezechiel Spanhemius, & ex eo laudat Bene-
„ dictus Bacchinus, in quo haec habetur inscriptio: CAPΔIC-
„ ACIAC. ΛΥΔΙΑC. ΕΛΛΑ'ΔΟC. Α. ΜΗΤΡΟΠΟΛΙC, hoc est Latine
„ *Sardis Asiae Lydiae Graeciae Prima Metropolis*: cui, ut patet,
„ consulto adponitur *prima*, ut distinguatur ab ea, quae absolute
„ *Metropolis* dicitur, quia ista unicam denotat Provinciam. Provin-
„ ciae autem orbis omnes distinctae erant in laterculo Imperato-
„ rum, sed diversimode quidem; nam ante Constantinum diversam
„ habebant distinctionem, ac partitionem ab ea, quam sortitae sunt
„ postea sub Constantino M. & deinceps sub Theodosio; sicut
„ etiam antequam Augustus toto potiretur Orbe aliam, eamque
„ pro temporum varietate distributionem habuerunt, & variae
„ propterea Metropoles fuerunt. Sicut Metropoles quoque vario
„ ex momento aliae dictae sunt primitus Civitates, quae plurium
„ Civitatum capita non erat, sed honoris ergo praerogativam
„ hanc obtinuerant aliquo ex speciali momento: quae *Metropo-*
„ *les* non jurisdictione, sed honore solum dicebantur, ut recolere
„ est in Alexandri Severi nummo, in quo Damascus Metropolis
„ dicitur; quum tamen certum sit Damascum Syriae illi adcessisse,
„ cujus Metropolis Tyrus ab Hadriani temporibus fuit.

„ Hac ergo brevi tradita notitia *Metropolion* adnotandum
„ superest, quod licet diversa fuerit distributio Provinciarum an-
„ te Constantinum, post eum tamen *Metropolion* numerus ex la-
„ terculo Caesarum Apostolico aevo est adtendendus, & post
„ Constantini tempora ex ejus quoque catalogo est recensendus;
„ praesertim quum post ejusdem M. Caesaris tempora *Metropo-*
„ *leos* nomen Urbibus quibusdam fuerit adjectum, quae quidem,
„ licet Provinciae alicujus capita non forent, frequentia tamen,
„ & opulentia excellebant, ut in Codice Theodosiano est obser-
„ vare.

„ At hisce omnibus adnotatis in quo laterculo Caesarum
„ Apostolico aevo Surrentum inter *Metropoles* fuit adscriptum?
„ quemnam est adinvenire aut Constantinianum, aut Theodosia-
„ num *Metropolion* Catalogum, in quo fas sit reperire Surrentum
„ eas inter capitales Urbes descriptum? Quamnam itidem est vel
„ somniare distributionem Ecclesiasticam Provinciarum, ut ex ea
„ Surrentum *Metropolis* possit probari? Certe nullam, & qui ali-
„ ter contendit a recto tramite declinat. Felicis Campaniae Urbs
„ fuit Surrentum, & tempore Augusti, & a Tiberio ad Trajanum
„ usque, & a Trajano usque ad Constantinum: hoc est ante Apo-

„ stolos,

„ ſtolos, Apoſtolorum aevo, & deinceps usque ad ſeculum IV.
„ Quid ultra? etiam tempore Theodoſii, & deinde usque ad praeſentem aetatem. At nonne felicis Campaniae ſola Capua Metropolis fuit? Id conſtat nedum ex monumentis ſupra laudatis, verum ex Ptolemaeo, qui ſub M. Antonino Caeſare ſcripſit. Plinius itidem, qui ſub Trajano claruit, Surrentum inter Urbes Campaniae numerat, ſed numquam Metropolim dicit, & ex *deſcriptione Auguſti*. M. Tullius Cicero qui LXXVIII. ante Chriſti nativitatem floruit, ita de Capua teſtimonium perhibet. *Majores veſtri tres ſolum Urbes in terris omnibus, Carthaginem, Corinthum, Capuam ſtatuerunt poſſe imperii gravitatem, ac nomen ſuſtinere*: quibus verbis, ut conſtat, Capuam nedum Metropolim aſſerit, praecipue dum paulo ante ex ea Colonias ductas ait; ſed Majoribus duabus Metropolibus glorioſisque principibus Urbibus aequat, & quae poſſet pro Roma ſubſtitui, ut ex verbis precedentibus conſtat: *Tunc illud Campanae vexillum coloniae vehementer huic imperio timendum, Capuam a decemviris inferetur. Tunc contra hanc Romam, communem patriam noſtram illa altera Roma quaeretur*. Nullo igitur pacto qui ſapit, qui rei antiquariae, ſive Civilis, ſive Eccleſiaſticae peritus audit, Surrentinae Urbi Metropoliticam praerogativam poteſt adjicere, etiam ſi omnes peſſumdet Catalogos Metropolion, & alio ex capite eam exſpiſcari conetur, nimirum ex frequentia, & opulentia, aut etiam, ſi velit, illis eam adſociare Urbibus, quae idcirco ſunt *Metropoles* dictae, quia ſe a magna Deorum Matre conditas crediderunt, ut prae ceteris Plinius Epheſino conventui tribuit. Heinc ruit quod Antiochenus Patriarcha ex Graeco textu de Epheſo in medium producit, ut ex ea veluti a ſimili Surrenti Metropoliticam praerogativam exaltet; ſed quia de hac re infra redibit ſermo, ſat eſt diſſimilitudinem, ac diſparitatem maximam indigitaſſe.

„ Quod ſi, ut ſcopulum hunc evadat ille, Surrentum Metropolim Graecae cujuſdam Provinciae (cujus accolae ad feſtum Syrenum confluebant) conſtituet, certe in altiorem durioremque cautem impinget. Cujusnam, peto, Provinciae Caput erat, ut Metropolis ſtatuatur? Picentinorum certe. Sed quis ignorat hujuſce Metropolim fuiſſe Picentiam, nihilque cum Surrento hanc habuiſſe? Audiatur Plinius II. qui anno ſalutis noſtrae centeſimo ſub Trajano floruit, ita rem totam edisſerens ait: *A Surrento ad Silarum amnem triginta millia paſſuum*

„ *ager*

„ *ager Picentinus fuit*, *Tuſcorum templo Junonis ab Jaſone con-*
„ *dito inſignis*. *Intus oppidum Salerni Picentia &c.* & paulo an-
„ te, dum Surrentum inter Campaniae oppida enumeravit, ejus
„ fines concluſit, ubi quoque Campania deſinebat: *Surrentum*
„ *cum promontorio Minervae*, *Sirenum quondam Sede*. Quid ul-
„ tra? Picentinos Populos, & Hirpinos, ſicut & utrumque Latium
„ adceſſiſſe Campaniae Felici ſolum Hadriani Imperatoris tempo-
„ re conſtat ex ſolidis monumentis, quae Camillus Peregrinus in
„ medium profert. Quomodo autem hujuſce Provinciae Picenti-
„ nae Metropolita potuit ab Apoſtolo Petro, vel ab alio Apoſtoli-
„ co viro deſignari Surrentinus Epiſcopus, quando haec adjectio
„ Picentinorum noſtrae Campaniae anno CXX. & ultra poſt Apo-
„ ſtolos facta percenſeri poteſt? Adde ex eodem Peregrino ſupra
„ laudato, quod ad aliam regionem Picentini ſpectabant adhuc
„ Campaniae adſciti, numquam vero ad Surrentum.

„ Similiter dum laudatus Patriarcha, ut Surrentinae Eccle-
„ ſiae Metropoliticam dignitatem adſciſcat, eamque ab Apoſto-
„ lico aevo expoſcat, ex eo vindicare hoc jus contendit, quia
„ adſerit conſuetum fuiſſe Apoſtolis ibi ſtatuere Archiepiſcopos,
„ ubi olim ab Ethnicis fuerant Archiflamines inſtituti; novam
„ obtrudit fabellam, venditatam quidem a Canoniſtis obſcurio-
„ ris aetatis, ſed rejiciendam omnino a viro qui ſub clariori
„ Coelo ſcripſit, nitidiorique ſeculo vixit, quapropter exſibila-
„ mus eam. Quis enim ignorat feſtivam hanc hiſtoriolam fuiſſe
„ in ſcenam productam a Pſeudo Clemente? Univerſim id adſe-
„ runt eruditi Critici, iique orthodoxi, quorum nomen reboat
„ per orbem, qui propterea hanc impoſturam ventilant: Cum
„ quia nefas omnino eſt dicere ex ſuperſtitioſo Gentilium ritu
„ Apoſtolos hauſiſſe formam Eccleſiaſticae Hierarchiae. Tum
„ etiam quia nec Apoſtolorum aevo, nec poſt Conſtantini aeta-
„ tem diſtinctio illa Primiflaminum, Archiflaminum, & Flami-
„ num uſquam adparet. Flamines ſiquidem, & Flaminis, ſive
„ Flamonis dignitatem ex Lapidibus, & ex Codicis Theodoſiani
„ legibus extitiſſe conſtat, Gentilitatis, videlicet, reliquias in
„ Imperii Romani Urbibus eo redactas, ut qui illis fruebantur,
„ certis gauderent privilegiis, quò Plebi, Populoque ſtatis tem-
„ poribus ludos exhiberent; at nullibi adparet hos hierarchico
„ ſomniato ordine diſtinctos, tradita forma, Numinum ſacra
„ curaſſe ut praeceteris adnotavit Cl. Bacchinius. Quod ſi ſo-
„ mniata haec Gentilium hierarchia in eorum fanis, ac delubro-
„ rum

„ rum Ministris fuisset ab Apostolis ponderata, ut superstitioso
„ Ordini Ecclesiastica hierarchia substitueretur, nobiliori tamen
„ forma servata, quot non foret in Regno nostro, quinimo in
„ sola Campania felici constituere Primates, & Archiepiscopos,
„ percensita conditione Templorum, ac Numinum, quibus Eth-
„ nici Ministri erant addicti? Quot nam erant Neapoli erecta
„ Templa? Quotque in eadem Numina colebantur? sat est id
„ conligere ex ruderibus adhuc exstantibus, & sufficit vel unum
„ historiae Neapolitanae scriptorem Johannem Antonium Sum-
„ monte lustrare. Capuae intus, & extra Urbem mille, & se-
„ ptingenta templa numerabantur. Quid dicam de Puteolis Empo-
„ rio Romanarum Coloniarum? innumera ibi erant exstructa
„ Templa, eaque Sacra Neptuno, Serapidi, Dianae, Nymphis,
„ omnique turbae Deorum, quin & Augusto insigne Templum a
„ Calfurnio nuncupatum. Et ut innumeras fere Campaniae Ur-
„ bes praeteream, in quibus ea est adinvenire, quae Primatem,
„ vel Archiepiscopum promerebantur, Apostolica designatione
„ constitutum juxta fabellam Pseudo-Clementis, nonne & in
„ Nolana Civitate, Veteribus celeberrima Urbe, duodecim or-
„ nata portis, duobus amphitheatris donata, pluribusque di-
„ stincta Templis, exstabant Primiflamines, Archiflamines, &
„ Flamines adserti a Pseudo-Clemente? Possem itidem adjicere
„ Stabias nostras, easque rite opponere Surrento, quum inibi
„ plura fuerint exstructa templa superius enumerata, & queis re-
„ spondebant Archiflamines, ut ex verbis S. Augustini Antioche-
„ nus Patriarcha Surrentinae Urbi eos adsignat; quamvis ei non
„ faveant quae *ibidem* Aquilinus Doctor expendit. S. Pater enim
„ nunquam in loco ab illo laudato aut *Archiflaminis*, aut *Pri-*
„ *miflaminis*. Sed solummodo *Flaminis* meminit, *& tres solos*
„ *flamines* Romanis fuisse in *sacris tribus nominibus institutos.*
„ *Dialem Jovi*, *Martialem Marti*, *Quirinalem Romulo*... & po-
„ stea hunc honorem ministerii Flaminalis praestitum adserit
„ quoque *Neptuno*, *& Plutoni fratribus Jovis*, *& ipsi Saturno*
„ *Patri eorum*. Si enim, ita concludo, ex adsignatione *Flami-*
„ *nis* Archiepiscopatum ab Apostolis in Surrentina Urbe institu-
„ tum contendit, certe Stabiis, ubi fuit olim Plutoni, sive Sty-
„ gio Jovi erectum templum, *Flaminis* ministerium respondit,
„ secus vero Surrento, esto Sirenes quibus templum ibi erat ere-
„ ctum, inter Semi-Deas adscriptae a Paganis, fuerint Deae
„ Patriae fundatrices, quum hoc solum fuerit tributum Ne-

„ ptuno,

„ ptuno, & Saturno Plutonis Patri, & forsitan propter Martem.
„ Sed quia res minimi momenti est, quam flocci faciunt eru-
„ diti, ulterius impugnare desisto, ut ad finem perveniam, quem
„ suspiro.

„ Tandem Cl. Patriarcha ex Neocorismo Surrentina Cathe-
„ drae Primatum demonstrandum adgreditur, quia, nimirum,
„ *Neocoris* Urbibus, quibus illi adcenset Surrentum, tanquam
„ Metropolibus fuerunt ab Apostolis, Apostolicisque Viris adsi-
„ gnati *Archiepiscopi*, sive *Metropolitae*. Veluti rem inauditam,
„ & quia Grecanici vocabuli, reconditam obtrudere studuit Cl.
„ Scriptor, sed revera omne haud tulit punctum, qui sicco ve-
„ stigio pertransiit magnum eruditionis amnem, quem nec nos
„ trajicere contendimus, ne ibi pertrahamus moras, ubi nec
„ modicum sistere licet; ad plenariam autem eruditionem noti-
„ tiamque potest, qui exoptat, legere Antonium Vandale, qui
„ prae ceteris hanc rem plene absolvit. Sufficitque solummodo
„ heic adnotare, quod Cl. Patriarcha argumentum illud in me-
„ dium produxit, quod ab initio fere nascentis Ecclesiae fuit re-
„ tusum, necnon litem eam heic movit, quae jam excitata ab
„ inlustribus Urbibus propterea primatum contendentibus, fuit
„ ab Aristide plene sopita; & poterat Doctissimus Auctor vel so-
„ lum lustrare saepius, nunquam tamen pro merito, laudatum
„ Bacchinium, ut suae causae insubsistentiam observaret. Brevi
„ rem exponam, & veluti per anacephaleosim eorum, quae pau-
„ lo ante adnotavi. Quum enim contentionibus de Primatu cer-
„ tarent Asiae Urbes, praecipue Pergamus, Ephesus, & Smirna
„ ob Neocorismum, ob Templa, nimirum, insignia, ludos,
„ certamina, quin etiam & ob rerum copiam, atque aedium
„ magnificentiam, Aristides, ut eas componeret Urbes, *Ora-*
„ *tione* ad eas habita, ita eas fuit adlocutus: *Miror autem vos,*
„ *quum de Templis, ac certaminibus, quae communia ducitis, non*
„ *leviter soleatis gloriari, nunc de eisdem inter vos dissidere. At-*
„ *que cum de his rebus, quibus tanquam communibus gaudetis,*
„ *inter vos contenditis: de qua re tandem consentietis?* &c. Quum
„ igitur laudatis praerogativis *Neocoratus* aliae Civitates adhuc
„ Apostolorum aevo gauderent, quomodo hanc sibi gloriam
„ Metropoliticae Sedis propterea ab Apostolis erectae potest sibi
„ adrogare Surrentum? Seu, ut rectius loquar; quomodo eam
„ potest Surrento adsciscere Patriarcha de Anastasiis? Nonne eo
„ ex momento (ne dicamus ab Apostolis injuriam inrogatam
„ ceteris

„ ceteris id genus, & longe gloriosioribus Urbibus) dicere opus „ erit in sola Campania fuisse plurimos Metropolitas, Neapoli, „ videlicet, Capuae, Puteolis, Nolae, addam etiam & Stabijs, „ Nuceriaeque, tunc temporis Coloniae Romanorum, & ad fe- „ licem Campaniam pertinentis, ut reliquas omittam. Quod „ si etiam demus Cl. Patriarchae (quod tamen iterum iterumque „ inficiamur) Surrentum Apostolorum aevo ad Picentinam Pro- „ vinciam spectasse, nonne eadem erit contentio aliarum, ea- „ rumque inlustrium Civitatum ac vetustissimarum, Salerni sal- „ tem, & Scalae? Quid vero si reliquas Regni nostri Urbes re- „ cta lance libremus? nonne plurimas, easque *Neocoras* Urbes „ reperiemus? Itaque in Regno nostro innumeros pene repe- „ riemus Metropolitas Apostolica institutione adsignatos. Quod „ quam falsum sit, qui modicum eruditus audit plene dignoscit, „ & rejicit somniatas hasce fundationes, quibus in ventilandis nec „ modicum ultra tempus consumere fas est, sed solummodo bre- „ viter immorari oportet in alia eo faciente Graeca eruditione, „ quam idem Patriarcha *ibidem* producit. Hactenus Milante.

Probaverat Patriarcha Antiochenus triplicem ab Apostolis Hierarchicum Episcopatus ordinem fuisse institutum, Patriarchalem nempe, seu Primatialem, & Exarchalem, Metropoliticum, & Suffraganeum. Hanc distinctionem non quidem Ordinis, sed jurisdictionis, monstri instar, ac portenti traducit Milante, & quasi in rem inauditam, nec dictam ore alio penitus confutandam, iterumque iterumque reprobandam omnes intendit lacertos, & ad ravim usque declamat; quo quidem in negotio expertem se, & valde jejunum sacrorum Canonum, atque ab Ecclesiastica historia peregrinum ostendit, ac Petri Jamnonis totum foedissime satellitio addictum; hic enim eam infringere conatur omnium Theologorum calculo adsertam divisionem his verbis: *Pietro di Marca Arcivescovo di Parigi, Cristiano Lupo Dottor di Lovanio, Emmanuello Schellestrate, Teologo di Anversa, Leone Allacci, ed altri con ben grandi apparati sforzaronsi di sostenere, che così la dignità di Metropolitano, come la Patriarcale dagl' Apostoli riconoscesse il lor principio, e che da essi fussero state istituite. Ma Ludovico Ellies Dupin Insigne Teologo di Parigi ben a lungo riprova il loro errore.*

Verum enim vero non minus Ludovicus Ellies Dupin, quam Jamnonius, ambo sublestae fidei, & ipsemet Milante fabam in se recudunt, lubricoque in solo vestigia figunt. Utque

rem omnem gemino, ut ajunt, ordiamur ab ovo, in confesso est apud Catholicos, atque inconcussum dogma, communi sacrorum Conciliorum, sanctorum Patrum, maxime Summorum Pontificum, & gravissimorum Auctorum suffragio comprobatum, S. Petrum Jesu Christi Vicarium primum Antiochenum fundasse Patriarchatum per se ipsum, deinde per sanctum Ignatium Martyrem, qui fuit dictus Θεόφορος, seu Χρίστοφορος ex eo, quia Christum vidit, sive, ut ipse scripsit, Christum novit; licet Eusebius (a). illum post Evodium in Antiochena sede collocet, quem sequitur S.Hieronymus (b); id quod docet etiam Theodoretus (c), S.Ignatium nimirum puerum illum fuisse, quem Christus indigitavit Apostolis dicens: *Nisi conversi fueritis, & efficiamini sicut parvulus iste, non intrabitis in Regnum Coelorum*. In eandem sententiam ivit Nicephorus Callixtus monens (d): *Porro Antiochenam primum Evodio, deinde vero Numine afflato, Deumque ferenti Ignatio regendam tradidit: quem Ignatium tenellum etiamnum tamquam simplicem, & integrum, manibus suis sublatum Christus exhibuit: atque simplicitatem, integritatemque discipulis ostendere, & commendare volens; nisi ei ipsi similes fierent, nequaquam illos in Regnum, quod tum praedicabatur, perventuros esse dixit*. Ex adverso S. Johannes Chrysostomus contrarium videtur asserere, ubi disserit de S.Ignatio Episcopo Antiocheno (e): *Neque enim ego virum tantummodo, quod tanto honoris gradu dignus sit habitus, admiror, sed quod a Sanctis illis dignitatem obtinuerit, quodque Beatorum Apostolorum manus sacrum illud caput attigerint*. Et idem Theodoretus, cujus hic verba pono: *Audivisti enim prorsus Ignatium illum, qui de Petri dextera Pontificatus gratiam suscepit, & post administratam Ecclesiam Antiochenam martyrii coronam adeptus est*. Igitur Θεόφορος, seu Χριστόφορος dictus fuit Ignatius, vel quia Christum vidit, aut novit, vel quia Christum amore elatus, ac fervens, ejusque fruendi desiderio exaestuans imo sub corde, animoque gerebat, uti habetur in actis Autographis (f) dicti Mar-

(a) *Eusebius Pamphili Eccles.Hist.lib.3. p.91. Edit. Moguntiae 1672.c.36.p.106.*

(b) *S. Hieronymus sumptibus Friderici Ducis Saxoniae editus Francofurti ad Moenum anno 1684. tom. 1. in Catalog. Script. Ecclesiast. in Ignatio pag.176.*

(c) *Theodor.tom.2.in Dialog.immutab.1. p.222. Edit. Coloniae Agrippinae 1617.*

(d) *Nicephor. Callix. tom.priori. lib.2. Ecclesiast.Histor.cap.35.pag.192.*

(e) *S. Johann. Chrysost.tom. 5. oper. orat. in laud. S.Ignatii. Colon. 1510.*

(f) *In Actis Primor.Martyr.sinceris & selectis opera Theodorici Ruinart e Congregat. S.Mauri edit. Amstelaedami ann. 1713. in actis S. Ignatii, sive in Martyrio S.& Sacri Martyris Ignatii Theoph. pag. 15. num. 2.*

Martyris: *Trajanus dixit, & quis est Theophorus? Ignatius respondit, qui Christum habet in pectore.... Trajanus dixit, tu ergo in te ipso Crucifixum geris? Ignatius dixit: etiam; scriptum est enim: inhabitabo in ipsis, & inambulabo.*

De reliquo ipsemet S. Ignatius in Epistola ad Smyrnaeos, se Christum vidisse luculenter affirmat (a) inquiens: *Ego vero non in eo solum, quod natus est, & Cruci affixus, cognosco ipsum in carne fuisse; sed & post Resurrectionem novi eum in carne, & credo esse.* Ad quae verba alludens S. Hieronymus de epistola ad Smyrnaeos ait (b): *In qua & de Evangelio, quod nuper a me translatum est, super Persona Christi ponit testimonium, dicens: Ego vero & post Resurrectionem in carne eum vidi, & credo, quia sit* (c).

Deinde omnium etiam Theologorum consensu, & calculo exploratum est, atque compertum, ab eodem Apostolo Patriarchatum Alexandrinum per S. Marcum Evangelistam erectum, cui suffectus, ac subrogatus est Ananus; tandem Romanum, cujus ipsemet suscepit, ac rexit habenas; alios itidem Apostolos alias Metropoliticas, & Episcopales toto Orbe instituisse Ecclesias; quod disertis, & luculentissimis verbis expressit S. Leo Pontifex Maximus: *Nam cum duodecim Apostoli, accepta per Spiritum Sanctum omnium locutione linguarum, imbuendum Evangelio mundum, distributis sibi terrarum partibus, suscepissent, Beatissimus Petrus Princeps Apostolici Ordinis ad Arcem Romani destinatur Imperii: ut lux veritatis, quae in omnium gentium revelabatur salutem, efficacius se ab ipso capite per totum Mundi corpus effunderet. Cujus autem nationis homines in hac tunc Urbe non essent? Aut quae usquam gentes ignorarent, quod Roma didicisset? Hic conculcandae Philosophiae opiniones, hic diluendae erant terrenae Sapientiae vanitates, hic confutandi Daemonum cultus, hic omnium sacrilegiorum impietas destruenda, ubi diligentissima superstitione habebatur collectum, quidquid usquam fuerat vanis erroribus institutum. Ad hanc ergo Urbem tu, Beatissime Petre Apostole, venire non metuis, & consorte gloriae tuae Paulo Apostolo,* alia-

(a) *S. Ignat. in Epistol. ad Smyrn. oper. Coteler. tom. 2. PP. Apost. fol. 83. num. 3. Edit. Amstelaedami 1724. Exercitat. Johan Clerici.*

(b) *S. Hieronymus sumptibus Friderici Ducis Saxoniae editus Francofurti ad Moenum anno 1684. in Catal. Scriptor. Ecclesiasticor. in Ignatio.*

(c) *Lege Usserii notas ad hunc Ignatii locum apud Coteler. tom. 2. PP. Apostol. fol. 83. num. 28. & 29. Edit. Amstelaedami 1724.*

aliarum adhuc Ecclesiarum ordinationibus occupato, sylvam istam frementium bestiarum, & turbulentissimae profunditatis Oceanum, constantior, quam cum supra mare gradereris, ingrederis .....Jam populos, qui ex circumcisione crediderant, erudieras: Jam Antiochenam Ecclesiam, ubi primum Christiani nominis dignitas est orta, fundaveras: Jam Pontum, Galatiam, Cappadociam, Asiam, atque Bithyniam legibus Evangelicae praedicationis impleveras: nec aut dubius de provectu operis, aut de spatio tuae ignarus aetatis; quo te Divinis praeordinationibus anteibant & honor potestatis, & gloria passionis (a).

Metropolita Cretae fuit Titus creatus a S.Paulo, testante: *Reliqui te Cretae, ut constituas ibi Presbyteros* (Presbyterorum nomine hic veniunt, nemine prorsus refragante, Episcopi.) Cretam autem, quae Candia nunc dicitur, centum imperasse Urbibus, nemo est qui nesciat.

Creta Jovis magni medio jacet Insula Ponto,
Mons Idaeus ibi, & gentis cunubula nostrae,
Centum habitant Urbes (b)

Et Lucanus (c)

Jam dilecta Jovi centenis venit in armis
Creta vetus.

Ac veluti ab eodem Paulo Epaphroditus Philippensis Metropolita delectus; ita Smyrnarum Polycarpus Martyr, cui Ignatius paulo ante suum Martyrium Antiochenam commendavit Ecclesiam, de quo sanctus Irenaeus (d): *Polycarpus autem non solum ab Apostolis edoctus, & conversatus cum multis ex eis, qui Dominum Nostrum viderunt, sed etiam ab Apostolis in Asia in ea, quae est Smyrnis, Ecclesia constitutus Episcopus.* In Epistola etiam Smyrnensium hoc de eo fertur testimonium (e): *Universus itaque Populus Judaeorum, & gentium, qui Smyrnam incolebat, ira commotus exclamat: hic est Asiae Magister, Christianorum Pater, nostrorum Deorum destructor pertinax &c.*

Ti-

(a) *S. Leo Serm.* 1. *in Natali Apostolor. Petri, & Pauli cap.* 3. *pag.* 79. *columna* 1. *juxta Theophilum Rainaud.edit. Lugduni* 1652.

(b) *Virgil.lib.*3.*vers.*104.

(c) *Lucan.lib.*3.

(d) *S.Irenaeus Episcopus Lugdunensis, & Martyr lib.*3.*cap.*3. *num*4. *contr. Hereses edit. Parisiens.* 1710. *stud. & lab. Renati Massuet e Congregat. S.Mauri pag.* 176. *Idem in Epist. ad Florinum Haereticum apud Eusebium Histor. Ecclesiast. lib.* 5. *cap.*20. *pag.*187. *edit.Moguntiae.*

(e) *Apud Ruinart.de actis Martyr. in S.Polycarp.num.*11. *pag.*33.

Timotheus quoque totius minoris Asiae Metropolita ab ipsomet Paulo constitutus, non secus ac Dionysius Areopagita (a) Atheniensium, & Antipas, aliique Thyatirae Episcopi laudati in Apocalypsi Johannis (b) qui, ut Papias inquit, fuerunt τῆς πρώτης διαδοχῆς πρεσβυτέροι; sicuti etiam testatur Tertullianus (c): *Edant ergo origines Ecclesiarum suarum; evolvant ordinem Episcoporum suorum, ita per successionem ab initio decurrentem, ut primus ille Episcopus aliquem ex Apostolis, vel Apostolicis Viris, qui tamen cum Apostolis perseveraverint, habuerit auctorem, & antecessorem. Hoc enim modo Ecclesiae Apostolicae census suos deferunt &c.* Quae quidem pluribus prosequitur P. Joseph-Augustinus Orsius (d). *Primieramente vediamo in ambe le lettere, non un Collegio di Preti, ma due persone particolari, cioè Timoteo, e Tito lasciati dall' Apostolo al Governo delle Chiese d'Efeso, e di Candia; e ad essi in particolare prescritte le regole, secondo le quali debbono regolarsi nel governo Ecclesiastico, e principalmente nelle Sagre Ordinazioni, sì d'altri Vescovi, sì de i ministri; nel promovere le vedove al grado di Diaconesse, nel regolare le publiche adonanze de i fedeli, nel distribuire i beni della Chiesa in sostentamento delle povere vedove, e de i Preti impiegati nella cura dell'anime, e nel ministerio della Divina parola; nel ricevere le accuse contro i medesimi Preti, e nel corregerli, se per la loro mala condotta fossero di publico scandalo; nel custodire il deposito della fede, e guardarlo, e difenderlo dagl'attacchi, dagl'insulti, e dalle profanazioni de i novatori; e finalmente nel reprimere l'audacia, e la temerità di coloro, i quali tentavano d'introdurre nel Cristianesimo varie sette di perdizioni. Queste sono le principali funzioni, o più tosto la somma, per così dire, del governo Ecclesiastico, presedere alle sacre adunanze, e procurare, che il Divin culto sia in esse fatto senza confusione, e con ordine, e con decenza, provvedere la Chiesa di Ministri mediante l'ordinazione, e aver cura, che gl'ordinandi, e sieno immuni da quei vizii che disdicono, e sieno ornati di quelle doti, che convengono a loro grado; invigilare per una saggia distribuzione delle limosine, e de i beni appartenenti alla Chiesa; giudicare le persone Ecclesiastiche, corregere i publici scandali, spargere la semenza della Divina parola, custodire il deposito della fede, e tener lontano dall'ovile di Cristo*

(a) *Vide Euseb. in Histor. lib. 3. cap. 4.*

(b) *Johann. Apost. in Apocal.* 11. & *seq.*

(c) *Tertull. tom. 3. de praescript. advers. Haeret. cap. 32. fol. 397. lit. c. Edit. Paris.* 1584.

(d) *Pater Joseph Augustin. Orsius in Histor. Ecclesiast. tom. 1.*

sto i lupi, e dal seno della sua sposa gl'adulteri. Per esercitare adunque queste fonzioni, lasciò l'Apostolo, come abbiamo osservato, in Efeso, e in Candia non un collegio di Preti, ma due persone particolari, Tito, e Timoteo, non già perche dovessero il tutto per loro stessi, e senza l'ajuto, e cooperazione di altri ministri eseguire, ma perche i ministri, della cui opera erano per valersi, da essi doveano ricevere l'ordinazione, e la potestà; doveano esser loro subordinati, e sottoposti a loro giudizio, e correzione. Tali Vescovi furono Timoteo in Efeso, e Tito in Candia, e tali ancora saranno stati, e Anano socceduto in Alesandria a Marco, e Evodio socceduto in Antiochia a S.Pietro, e Simeone succeduto in Gerusalemme a S.Jacopo. Tali quei sette Angeli, cioè Vescovi delle principali Città dell'Asia, a i quali furono indrizzate le lettere registrate da S.Giovanni nella sua Divina Apocalissi: in tutte le quali Chiese non vediamo un collegio d'Angeli, ma un Angelo solo destinato alla loro cura, e governo, al quale unicamente è attribuita la gloria, se la Gregia si trovava in buono stato, e contra il quale tutte si scagliano le minaccie, se i lupi per qualche negligenza vi si erano intrusi, se alcuna cosa vi era da corregere nell'ovile. Chiaro argomento dell'essere stata fin d'allora, come di poi in tutti i secoli sosseguenti, la somma dell'autorità in ciascuna Chiesa in una sola persona, detta talora in questi primi indistintamente Vescovo, e Prete; ma cui indi a non molto fu appropriato il primo vocabolo, a fin di meglio distinguerla dai semplici Sacerdoti.

Abbiamo etiandio in queste due lettere non ascuri indizii del diritto Metropolitico, del quale non par, che si possa negare, essere stati gettati da i medesimi Apostoli i fondamenti. A Tito lasciò l'Apostolo in Creta il governo di tutta l'Isola, e l'autorità di stabilire, secondo che a lui fosse piaciuto, e Preti, e Vescovi nelle tante Città, onde allora andava superba. Similmente a Timoteo in Efeso diede il medesimo Apostolo la facoltà di ordinare e Preti, e Vescovi; come si raccoglie dalle istruzioni date ad esso, ugualmente che à Tito, concernenti alcune doti, onde doveano esser forniti coloro, che fossero stati promossi a questo sublime grado. Mediante poi l'ordinazione, ella era cosa naturale, che si imprimesse agl'ordinati verso gl'ordinanti un rispetto, e una riverenza come di figliuoli verso i loro padri; e nelle Chiese fondate da questi Vescovi nelle minori Città una dipendenza dalle Chiese stabilite nelle Città più illustri, dalle quali essi ricevano i loro Pastori, e i semi della celeste dottrina, come di figliuole dalle lor madri, e di discepole dalle loro maestre specialmente

te se queste erano state istruite nella fede o dagli Apostoli, o da i loro più intimi, e confidenti discepoli, onde ad esse era altresì naturale, che ricorressero nelle dispute, che insorgevano alla fede, a i costumi, o alla disciplina, come ad oracoli, e implorassero il loro soccorso contra i prevaricatori del loro sacro ministero, contra i perturbatori dell'ordine, e della pace, e contra i corruttori della dottrina Evangelica. Possiamo adunque riguardare Tito come Metropolitano di Candia, e Timoteo se non come Metropolitano, e Primate di tutta l'Asia Proconsolare, almeno dell'Jonia. Il sistema della Chiesa fino da i tempi degli Apostoli facilmente c'induce a credere, che una tale autorità, e giurisdizione di Tito in Candia, e di Timoteo nell'Asia, per quanto si può da questi due esempj congbietturare di altri simili Vescovi in altre Provincie; non sia stata in essi straordinaria, ma sia passata nei loro successori. Non solamente abbiamo ne i libri del nuovo Testamento le Chiese fondute in varie Città, e da i nomi di esse denominate, come le Chiese di Gerusalemme, di Antiochia, d'Efeso, di Corinto, di Tessalonica, di Filippi, di Colossi, di Smirna &c. ma abbiamo in oltre le Chiese di varie Provincie, e dai laro nomi appellate, come della Giudea, della Samaria, della Siria, della Cilicia, dell'Asia, del Ponto, della Galazia, della Cappadocia, della Bitinia, della Macedonia, dell'Acaja &c. pare adunque, che sicome l'unità della Chiesa in ciascuna Città richiedeva, che tutti i Ministri di essa fussero sotto l'autorità, e giurisdizione di un Vescovo: così l'istessa unità della Chiesa in ciascuna Pròvincia esigesse, che tutti i Vescovi della medesima si trovassero uniti sotto l'autorità di un sol capo, cui toccasse l'invigilare a mantenere tra essi la pace, la concordia, e l'unione, correggere i loro difetti, e delitti, e non permettere, che per la negligenza, o condescendenza di alcuno gli Eretici, e gli Scismatici, o li libertini trovassero alcun adito a corrompere nelle Provincie il buon ordine, la purità della Fede, e la santità de i costumi. Potettero servir di norma a stabilir un tal ordine, e Gerarchia nella Chiesa, la forma politica dell'Imperio Romano, e il Governo non meno Civile, che Sacro de i Giudei dispersi per l'universo. Oltre i magistrati, o governatori particolari delle Città, risedevano nelle Provincie dell'Imperio i Pretori, o i Proconsoli, secondoche elleno appartenevano, o all'Imperadore, o al Senato, i quali vegliavano su la condotta de' Magistrati; gli adunavano in certi tempi a fine di consultare insieme, e provedere al bene publico, ed erano attenti a conservar la tranquillità, e la pace dentro i confini della loro giurisdizione. Similmente i Giudei,

dei,

dei, oltre i Sinedrj, che avevano le loro sedi nelle Città, nelle quali si erano stabiliti, avevano altresì nelle Provincie quei, che da essi furono detti o Patriarchi, o Primati, la cui autorità si stendeva a tutte le Sinagoghe, e a tutti i Sinedrj delle stesse Provincie. Per qual fine la Chiesa uscita dalla Sinagoga, e cresciuta nell'Imperio, non averebbe ella adottata una forma di governo così naturale, e atto a formare di tutti i fedeli un sol corpo, mediante la communione di questi principali membri colla Chiesa di Roma origine, e centro dell'unità? Siccome la subordinazione di tutti i Magistrati delle Provincie a Roma, e la dipendenza de' Sinedrj, dirò così, Provinciali dal gran Sinedrio di Gerusalemme formava di tutto il Mondo un medesimo Imperio, e teneva i Giudei sparsi sopra tutta la faccia della terra, uniti in un sol corpo di Religione.

Cum vero ab Asia solventem, & ad nostras Italiae oras appulsum S.Petrum Ravennae, & Mediolano Metropoliticam dignitatem tribuisse autument, variisque argumentis firmare nitantur P. Eustachius a S. Ubaldo, & Hieronymus a Rubeo, Beatillus vero Jesuita Bario, & alii de aliis Civitatibus similia affirment Doctores; quis vetat asserere Surrentum, Neapolim, praeclarissimas, celeberrimasque Campaniae Urbes eodem honore, ac dignitate cohonestatas? Scimus enim, & Asprenum Neapoli, & Priscum Capuae, & Patrobam Puteolis, & Maxentium Cumis, ab Apostolo nostrarum Provinciarum oppidis fuisse praefectos, ut constans fert Ecclesiarum traditio, Scriptorum etiam auctoritate consignata; non secus ac Martialis in Galliis unus ex discipulis Jesu Christi a Petro Episcopus creatus, & Apostolus dictus; qui sane titulus in causa fuit, ut plura convocata fuerint Concilia, nempe (*a*) Lemovicense I., Bituricense alterum, Lemovicense II. atque Pictaviense: & Lazarus primus Massiliensium, & Maximinus, unus ex Discipulis Domini Aquensium Episcopi. Praeter hos septem in Hispanias missos Episcopos a SS.Petro, & Paulo ab Urbe fatetur S.Gregorius VII. (*b*), aliosque, & alios fuisse in toto Orbe constitutos juxta divinum illud oraculum: *Pro patribus tuis nati sunt tibi filii, constitues eos Principes super omnem terram* (*c*).

Interim ad Apostolicam Patriarcharum institutionem quod attinet (quamvis qui id munus in Ecclesiae primordiis obtinebant, Epi-

(a) *Vide Baronium tom. 17. ad ann. 1029.*

(b) *S.Gregor.VII. ad Episcop. Hispan.*

(c) *Psalm.44.*

Episcoporum, & mox Archiepiscoporum titulo sese continuerint usque ad Calchedonense Concilium, ubi primum ea nominis dignitas SS. P. M. Leoni delata (a)) luculentissimum suppeditat testimonium Nicaenum Concilium coactum anno salutis 325., sive, ut aliis placet, 328. (quo nihil augustius, nihil sanctius, nihil praestantius) ita de amplissima illorum potestate definiens (b): Τὰ ἀρχαῖα ἔθη κρατείτω, τὰ ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ Λιβύῃ, καὶ Πενταπόλει, ὥστε τὸν Ἀλεξανδρείας Ἐπίσκοπον πάντων τούτων ἔχειν τὴν ἐξουσίαν. ἐπειδὴ καὶ τῷ ἐν τῇ Ῥώμῃ Ἐπισκόπῳ τοῦτο σύνηθές ἐστιν· ὁμοίως δὲ καὶ κατὰ πρεσβεῖα σώζεσθαι ταῖς Ἐκκλησίαις· καθόλου δὲ πρόδηλον ἐκεῖνο, ὅτι εἴτις χωρὶς γνώμης τοῦ μητροπολίτου γένοιτο Ἐπίσκοπος, τὸν τοιοῦτον ἡ μεγάλη Σύνοδος ὥρισε μὴ δεῖν εἶναι Ἐπίσκοπον. *Antiqua consuetudo servetur per Aegyptum, Lybiam, & Pentapolim, ita ut Alexandrinus Archiepiscopus horum omnium habeat potestatem, quia & Urbis Romae Episcopo parilis mos est. Similiter autem, & apud Antiochiam, ceterasque Provincias sua privilegia serventur Ecclesiis; illud autem generaliter clarum est, quod, si quis praeter sententiam Metropolitani fuerit factus Episcopus, hunc magna Synodus definivit Episcopum esse non oportere.* Quae sane verba *antiqua* nempe *consuetudo*, nonnisi ad Apostolicam aetatem sunt referenda; cujus rei causa Baronius, Marca, Valesius, Richerius, Pagius, Schelstratius, aliique ex divina institutione ortum duxisse Patriarchicum ordinem communibus calculis indubitanter affirmant. Hic Episcope noster Milante, frontem perfrica, etsi salivam moverint, aut bilem primae Oecumenicae Synodi tam diserta sancita, de Patriarchali potestate, & de Metropolitanorum in Suffraganeos auctoritate, patienter sustine, atque ad illa alia ejusdem Concilii adverte decreta (c). Τὸ δὲ Κῦρος τῶν γινομένων δίδοσθαι καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν τῷ Μητροπολίτῃ· id est: *Eorum autem, quae fiunt, auctoritatem, sive mavis, rationem reddi Metropolitae*; rursus oraculum illud accipe, in quo de honore, ac dignitate Episcopi Hierosolymitani ita pronuntiarunt Patres (d): Ἐχέτω τὴν ἀκολουθίαν τῆς τιμῆς, τῇ Μητροπόλει σωζομένου τοῦ οἰκείου ἀξιώματος. idest: *Habeat consequentiam honoris* (Episcopus scilicet Hierosolymitanus) *servata Metropoli propria dignitate*, nempe Caesareae, quod etiam

(a) *Socrat. In Historia Ecclesiast. anno* 440. *Richerius Histor. Concil. tom.* 1. *cap.* 2. *num.* 11. *Binghamus, Valesius ad Socrat. lib.* 5. *cap.* 8. *Dupin de Antiq. Eccles. disciplin. praelocut.*

(b) *Concil. Nicaen. Can.* 6. *tom.* 2. *Concilior. ex Typograph. Reg. Parisiis anno* 1644. *pag.* 197.

(c) *Concil. Nicaen. I. c.* 4.

(d) *Idem Nicaen. I, can.* 7.

etiam decuit ipsam Antiochiam, quae a Chrysostomo (a) Τῆς ἀνατολῆς κεφαλὴ, ϗ μήτηρ, Orientis Caput, & Mater: A Zosimo (b) Τῆς ἑώας πάσης μητρόπολις, hoc est: Totius Orientis Metropolis fuit olim appellata: quo quidem redire videntur quae de eadem Antiochia protulerunt Patres Concilii Constantinopolitani I. (c). Τοὺς δὲ τῆς ἀνατολῆς Ἐπισκόπους τὴν ἀνατολὴν μόνην διοικεῖν, φυλαττομένων τῶν ἐν τοῖς κανόσι τοῖς κατὰ Νίκαιαν πρεσβείων τῇ Ἀντιοχέων Ἐκκλησίᾳ. videlicet: *Episcopos Orientis Orientem Solem administrare, servatis Ecclesiae Antiochensium juxta Nicaenos Canones praeeminentiis.*

Quae profecto clarius explicat S. Innocentius I. (d) *Revolventes itaque auctoritatem Nicaenae Synodi, quae una omnium per orbem terrarum explicat mentem Sacerdotum, quae censuit de Antiochena Ecclesia cunctis fidelibus, ne dixerim, Sacerdotibus esse necessarium custodire, qua semper Dioecesim suam praedictam Ecclesiam non super aliquam Provinciam recognoscimus constitutam. Unde advertimus non tam pro Civitatis magnificentia hoc idem attributum, quam quod prima primi Apostoli sedes esse monstretur, ubi & nomen accepit Religio Christiana, & quae conventum Apostolorum apud se fieri celeberrimum meruit, quaeque Urbis Romae sedi non cederet, nisi quod illa in transitu meruit, ista susceptum apud se, consummatumque gaudet?* Et S. Leo M. de Alexandrina Ecclesia ita effatur (e): *Nihil Alexandrinae Sedis ejus, quam per S. Marcum Evangelistam B. Petri discipulum meruit, pereat dignitatis: nec Dioscoro impietatis suae pertinacia corruente, splendor tantae Ecclesiae tenebris obscuretur alienis. Antiochena quoque Ecclesia, in qua primum, praedicante B. Apostolo Petro, Christianum nomen exortum est, in paternae constitutionis ordine perseveret: & in gradu tertio collocata nunquam se fiat inferior.* In eandem sententiam loquitur S. Gelasius I. (f): *Est ergo prima Beati Petri Apostoli sedes Romana Ecclesia; secunda autem sedes apud Alexandriam B. Petri nomine a Marco ejus discipulo, & Evangelista est consecrata; ipseque a Petro Apostolo in Aegypto directus verbum veritatis praedicavit, & gloriosum consummavit mar-*

(a) *S. Johann. Chrysost. Homil. 3. ad popul. Antiochen.*

(b) *Zosimus lib. 1.*

(c) *Concil. Constantinopol. c. 2. & S. Leo M. Epist. 79. alias 51.*

(d) *Innocentius I. Epist. 18. ad Alexandrum Antiochenum Episcopum p. 37. edit. Parisiens. 1744.*

(e) *S. Leo M. in Epist. ad Anatol. 53. pag. 131. juxta Theophilum Raynaudum edit. Lugduni 1652.*

(f) *S. Gelas. I. de lib. Authent. & Apograph. apud Labe tom. 5. Concil. Edit. Venet.*

martyrium. Tertia vero sedes apud Antiochiam ejusdem B. Petri Apostoli nomine habetur honorabilis, eo quod illic priusquam Romam venisset, habitavit, & illic primum nomen Christianorum novellae gentis exortum est. Consonat his S. Gregorius M. (a): *Itaque cum multi sint Apostoli: pro ipso tamen Principatu sola Apostolorum Principis sedes in auctoritate convaluit, quae in tribus locis unius est; ipse enim sublimavit sedem, in qua etiam quiescere, & praesentem vitam finire dignatus est: Ipse decoravit sedem, in qua Evangelistam discipulum misit: Ipse firmavit sedem, in qua septem annis, quamvis discessurus, sedit.*

Et Nicolaus Primus fusius rem ipsam orditur (b): *Desideratis nosse, quot veraciter sint Patriarchae. Veraciter illi habendi sunt Patriarchae, qui sedes Apostolicas per successiones Pontificum obtinent: idest qui illis praesunt Ecclesiis, quas Apostoli instituisse probantur, Romanam videlicet, Alexandrinam, & Antiochenam; Romanam, quam SS. Principes Apostolorum Petrus, & Paulus & praedicatione sua instituerunt, & pro amore Christi fuso proprio sanguine sacraverunt: Alexandrinam, quam Evangelista Marcus, Discipulus, & de Baptismate Petri Filius, a Petro missus instituit, & Domino Christo cruore dicavit: Antiochenam, in qua, conventu magno SS. facto, primum fideles dicti sunt Christiani, & quam B.Petrus, priusquam Romam veniret, per aliquot annos gubernavit. CPS. autem, & Hierosolymitanus Antistites, licet dicantur Patriarchae, non tamen tantae auctoritatis, quantae superiores existunt. Nam CPM. Ecclesiam nec Apostolorum quisquam instituit, nec Nicaena Synodus, quae cunctis Synodis celebrior, & venerabilior est, ejus mentionem aliquam fecit: sed solum quia CPS. nova Roma dicta est, favore Principum potius, quam ratione Patriarcha ejus Pontifex appellatus est. Hierosolymitanus autem Praesul, licet & ipse Patriarcha dicatur, & secundum antiquam consuetudinem, ac Nicaenam Synodum honorandus sit: salva tamen Metropoli propria dignitate, sed & in eadem magna, & sancta Synodo nequaquam Hierosolymitanus, sed Aeliae Episcopus dicitur; nam vera Hierusalem tantum in Coelis est, quae est Mater nostra, illa vero Hierusalem terrestris, secundum quod Dominus praedixit, adeo funditus ab Aelio Hadriano Imperatore Romano destructa*

(a) *S.Gregor.M.lib.7.Epist.40.alias36. ad Eulog. Alexandrin. Episc. juxt. Edit. PP.BB. Col.386.*

(b) *Nicol. Primus in Respon. ad Consul.Bulgar. cap. 92.*

structa est, ut in ea nec lapis super lapidem relictus sit, & ab eodem Aelio Hadriano in alio est loco constructa ita, ut locus Dominicae Crucis extra portam, nunc infra cernatur, & a praedicto Aelio Hadriano Urbs illa Aelia vocitetur.

Nec non tandem S. Leo IX. ad Patriarcham Antiochenum scribens anno 1053. ita huic veritati velificatur [a]. *Quod ipse ex specula sanctae illius Ecclesiae, cui videris designatus divinitus speculator, prudenti oculo considerans promotionem tuam ad Episcopale fastigium, electione Cleri, & populi* (sicut asseris) *factam, atque fidem tuam secundum antiquae consuetudinis religiosum, & valde necessarium studium Apostolicae, & primae sedi, cui, Deo auctore, quamvis indigni praesidemus, annuntiare, & exponere curasti. In quo facto noverit tua dilectio nos plurimum recreatos, & gavisos in Domino; quia quod maxime oportebat, tibi, & Ecclesiae, cui temporaliter praesides, non distulisti efficere. Siquidem ab Apostolica tua Sede nostram Apostolicam sedem consulendo perpendimus, tuam dilectionem nolle deviare a Dominico, & omnium Sanctorum Patrum concordi decreto, quo inviolabiliter cunctis in toto Orbe terrarum Ecclesiis sancta Romana, & Apostolica sedes Caput praeponitur, ad quam majores, & difficiliores causae omnium Ecclesiarum definiendae referantur. Sic omnia veneranda Concilia, sic leges humanae promulgant, sic ipse Sanctus Sanctorum, Rex Regum, & Dominus Dominantium confirmat, quatenus ibi principalis dignitatis, & totius Ecclesiasticae disciplinae venerabilis apex praefulgeat, & praecellat, ubi ipse vertex, & cardo Apostolorum Petrus carnis suae beatam resurrectionem in novissimo die expectat. Nimirum solus est ille, pro quo, ne deficeret ejus fides, Dominus, & Salvator asserit se rogasse dicens: Simon, Simon, ecce Satanas expetivit vos, ut cribraret sicut triticum: ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua. Et tu aliquando conversus confirma fratres tuos. Quae venerabilis, & efficax oratio obtinuit, quod hactenus fides Petri non defecit, nec defectura creditur in Throno illius usque in seculum seculi; sed confirmabit corda fratrum, variis concutienda fidei periclitationibus, sicut usque nunc confirmare non cessavit. Pro cujus excellentia tertiam a Romana Ecclesia dignitatem retinet Antiochena, quam te defendere summopere monemus, non tuae gloriae causa, sed pro sedis, cui ad tempus praesides, antiqua honorificentia. Nec revoceris ab hac intentione cujuslibet vel arrogantia, quin con-*

(a) *S. Leo IX. Epist. 5. tom. 3. Romanor. Pontific.*

constanter defendas honorem, quem Antiochenae Ecclesiae reliquerunt omnia sanctorum Patrum Concilia. Ad quod utique, si oportuerit, maxima Mater, Romana scilicet, atque prima sedes, tam dilectae sibi filiae, imo consociae nusquam, & nunquam deerit; quod totum ideo dicimus, quia quosdam conari minuere antiquam dignitatem Antiochenae Ecclesiae audivimus. Porro quod a nobis causas divisionis universalis Ecclesiae compatiendo requiris, fatemur tuae Religiosae solicitudini, nos adhuc a domino miserente firmissime retinere vinculum sanctae unitatis: nec videmus nos alicubi incurrisse damnum schismatis, quos integritas concordiae, & plenitudo Ecclesiasticae disciplinae indesinenter regit. Unicuique nostrum debetur honor, & sua jura conservantur; terminos, quos Patres nostri fixerunt, nulli arroganter transgredi conceditur. Magis vestra Fraternitas circumspiciat, ne qua radix amaritudinis, atque dissentionis, (quod absit) in vestris partibus succrescat, per quam inquinentur multi, & quam necesse sit districta falce sanctorum Canonum a Catholicae Ecclesiae agro extirpari. Mea vero humilitas in culmine Apostolici Throni ideo exaltata, ut approbanda approbet, improbanda quoque improbet, tuae sanctissimae Fraternitatis Episcopalem promotionem libens approbat, collaudat, & confirmat, & communem Dominum instanter exorat, ut quod humano ore jam diceris, ante ejus oculos existas. Noveris tamen, nos ipsam tuam promotionem taliter approbare, si non hanc Neophytus, aut Curialis, seu Bigamus, vel pretio, aut alio quolibet modo sacris Canonibus contrario (quod absit) obtinuisti. Sane fidem tuam, quam proprio scripto summae, & Apostolicae Sedi exposuisti, sanam, & Catholicam, atque Orthodoxam per omnia protestamur, & sicut vere unicam, & salutarem amplectimur, & tuae dilectioni vehementer congratulantes in Domino, eandem nostram esse devoto corde, & prompto ore profitemur.

Et Epistola I. (a): *Sed ecce non debet ingrata filia apparere, quia prae ceteris eam honorare dignata est Mater sua. Nam cum nullo Divino, vel humano privilegio honorabilior, seu clarior aliis Ecclesiis Constantinopolitana existat Ecclesia, & Antiochena, atque Alexandrina, ob reverentiam Principis Apostolorum, inter alias retentent dignitatis jura; tamen pia Mater, Romana scilicet Ecclesia nolens dilectam filiam dote honorificentiae ex toto carere, per beatos praedecessores nostros in aliquot Synodis curavit decernere, ut salva principalium, & Apostolicarum sedium antiqua dignitate,*

(a) *Idem Epist.* I. *cap.* 28. *pag.* 180.

gnitate, Constantinopolitanus Antistes honoraretur, sicut Regiae Civitatis Episcopus; quamvis Justinianus Religiosus Augustus legibus humanis voluisset astruere, ut post Papam Romanum sedeat Constantinopolitanae Praesul Ecclesiae. Et certe hoc nulla alia excellentia meritorum est adsecuta, nisi quod Romana Ecclesia pro amore Venerabilis Constantini se ipsum, quantum in eo fuit, honorantis, & exaltantis Civitatem ipsius hoc privilegio honoris sola humana benevolentia insignivit, juxta Prophetae dictum ad Heli: Glorificantem me glorificabo; qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. Et cap.29. pag.185. *Aut si quod aliud retinet, aut putat se habere dignitatis privilegium, vos rebelles lumini, ac veritati, & signiferi umbrae, & vanitatis proferte in medium*. Et cap.32. pag.185. *Nam Romanae Ecclesiae fides, per Petrum super petram aedificata nec hactenus deficit, nec deficiet in secula, Christo ejus Domino rogante pro ea, ceu testatur sub ipsa Passione sua: Ego rogavi pro te, Petre, ut non deficiat fides tua: & tu aliquando conversus confirma fratres tuos. Quo dicto demonstravit fidem fratrum vario defectu periclitandam, sed inconcussa, & indeficiente fide Petri, velut firmae anchorae subsidio figendam, & in fundamento universalis Ecclesiae confirmandam; quod nemo negat, nisi qui evidenter haec ipsa verba veritatis impugnat; quia sicut cardine tutum regitur ostium, ita Petro, & successoribus ejus, totius Ecclesiae disponitur emolumentum. Et sicut cardo immobilis permanens ducit, & reducit ostium: sic Petrus, & sui successores liberum de omni Ecclesia habent judicium, cum nemo debeat eorum dimovere statum, quia summa sedes a nemine judicatur. Unde Clerici ejus Cardinales dicuntur, Cardini utique illi, quo cetera moventur, vicinius adhaerentes*. Et cap.36. pag.186. *Quisquis Romanae Ecclesiae auctoritatem, vel privilegia evacuare, seu imminuere nititur, non hic unius Ecclesiae, sed totius Christianitatis subversionem, & interitum machinatur. Cujus enim compassione, vel substentatione ulterius respirabunt filiae a quovis oppressae, unica illa suffocata Matre? Cujus refugium appellabunt? Ad quam confugium habebunt?*

Consulto missam facere decreveram Greg. VII. P.M. ad Ducem Venet. Epistolam brevitatis causa, nisi ipsa sibi locum suo quodammodo jure hic vindicasset, quae sic de Patriarchatu loquitur (a): *Notum*

(a) *S. Gregor. VII. lib. Epistol. apud Lucen. ann.* 1745. *Baron. tom.* 17. *ann.* 1073. *pag.* 365. *edit.*

tum esse credimus, non solum his, qui nobiscum morati sunt, sed etiam plerisque vestrum, quod jam ab ineunte aetate terram vestram, & libertatem hujus gentis valde dileximus, atque ob id nonnullorum Principum, & Nobilium personarum inimicitias sustinuimus. Postquam vero Apostolici regiminis onus, & officium, licet indigni suscepimus, tanto ferventius in dilectione vestra noster exarsit affectus, quanto per generalis curae debitum in administrationem vestrae salutis sollicitius astricti sumus. Quapropter literas ad vos direximus, ut nobilitatem vestram ad respiciendum decus, & sublimitatem antiquae dignitatis suae excitare possimus, ne ex longa (quod absit) negligentia dilapsum honorem gemat, quem adhuc stantem, dum potest, colere, & servare non laborat. Scitis enim, quoniam prae multis terrarum partibus Divina dispensatio terram vestram Patriarchatus honore sublimavit, cujus dignitatis eminentia ex sui ipsius nominis, & officii praerogativa adeo augusta, & rara est, ut non amplius, quam quatuor in toto mundo reperiantur. Quod cum ita sit, apud vos tamen hoc tantum decus, & tam excelsi gloria Sacerdotii ex inopia rerum temporalium, & diminutione potestatis suae adeo vilescit, & a competenti statu honoris sui penitus corruit, ut tanta tenuitas rerum, nec simplicem Episcopatus sedem condecere, aut ejus necessitatibus sufficere posse videatur.

De Metropoliticae vero dignitatis ordine, quo Archiepiscopi Suffraganeis praesunt Episcopis, hisque sunt Superiores, inter Catholicos quoque testata, & indubia res est firmata potissimum Auctoritate cum Conciliorum, tum SS. Patrum, & Scriptorum, doctissimi praesertim Francisci Hallier, Thomasini, Morini, & reliquorum sanae doctrinae Auctorum; quinimo & inter ipsosmet Heterodoxos pro illa pugnant acriter Jacobus, & Samuel Basnagi, Binghamus, Usserius, Beveregius, & Pearsonius (a), multique alii; at nos rem breviter perstringentes pro omnibus unum damus S.Leonem (b): *Superbum nimis est, & immoderatum ultra proprios terminos tendere, & antiquitate calcata alienum jus velle praeripere, atque, ut unius crescat dignitas, tot Metropolitanorum impugnare Primatus*. Et rursus eundem S. Leonem (c): *Non convellantur Provincialium jura Primatuum, nec privilegiis antiquitus institutis Metropolitani defraudentur Antistites*. Adjice animum, mentemque appelle, Milante, ad illud *privilegiis antiquitus*

(a) *Vid Usserium Episcopum Armachanum de orig. Metropolit. Beveregium in c. Apostol. c. 5. Pearsonium, & alios.*

(b) *S. Leo Epist. 79. Edit. Quesnel.*

(c) *Idem Epist. 53. juxta Raynaudum pag. 131.*

quitus institutis. Pro qua veritate etiam vadem tradere auctorante potissimum S. Leone quis dubitaret? Similiter Taurina Synodus antiquissima ita sanxit (a): *A S. Synodo definitum est, ut qui ex eis approbaverit, suam civitatem esse Metropolim, is totius Provinciae honorem Primatus obtineat*.

Certe *S. Johan. Chrysostomus* (b) *Timotheo totam Asiae Provinciam concreditam pronunciat; sicuti & certum est, Episcopos Cypri in Concilio Ephesino Act. VII. contendisse, quod Metropolitani sua privilegia ejusdem cum Apostolis aetatis essent. Petrus de Marca* (c) *Apostolos existimat specimen quoddam, & formam distribuendarum Provinciarum. & Metropolitanorum instituendorum tradidisse, ut in Tito, & Timotheo videtur; executionem vero, & complementum ejus rei sequentibus temporibus reliquisse*; nam prius *opus* erat, ut *populi fidem acciperent, & postea id exequerentur*, asserit Binghamus. Thomasinus vero juri Divino finitimam esse Metropolitanorum institutionem affirmat (d): *Haec institutio, quae Ecclesiae ipsi pene coaeva est, juri Divino finitima est, ab eoque emanavit proxima, & immediata; quippe cum ab Apostolis profecta sit, velut aemulatrix quaedam Apostolici Collegii, & ejus auctoritatis eximiae, qua Christus Petrum supra Apostolos ipsos evexerat*.

Quid? quod ipsemet Binghamus haereticus pro eadem re mordicus stat, haec scribens (e): *Caveus dicit, non multo post Apostolorum aetatem, sectis, & Schismatis erumpentibus, & controversiis inter Episcopos augescentibus, necessarium fuisse creditum, aliquem in unaquaque Provincia eligere, cujus ad arbitrium oborti casus referri, & a quo res omnes ad communem, & publicum Ecclesiae statum attinentes dirigi possent*. Et § 3. *Certum tamen est, Concilium Nicaenum de Metropolitanis loqui, tanquam ex vetusta consuetudine longe ante constitutis, quando Canonem de ipsis conditum ita orditur*. Can. 6. **Τὰ ἀρχαῖα ἔθη κρατείτω**: *Antiqui mores serventur, & tum pergit dicere de consuetudine in Aegypto, secundum quam Episcopus Alexandrinus omnium Ecclesiarum Aegypti, Lybiae, & Pentapolis habeat potestatem, quae Metropolitani cujusdam, si non Patriarchae, potestas erat*.

Epi-

(a) *Synod. Taurin. can. 2. pag. 461. Edit. Paris.* 1644.

(b) *S. Johan. Chrysost. Homil. 15. in 1. ad Timoth.*

(c) *Marca lib. 6. cap. 1. num. 9. Concord. Sacerd., & Imper.*

(d) *Thomasin. de vet. & nov. Eccles. disciplin. circ. Benefic. part. 1. lib. 1. cap. 7. num. 5.*

(e) *Binghamus tom. 1. lib. 2. cap. 16.*

Epiphanius haeresi 68. num. 1. idem memorat loquens de Alexandro, & Petro Episcopis Alexandrinis ante Concilium Nicaenum: mos est Alexandrinorum Episcoporum, ut per totam Aegyptum, ac Thebaidem Mareotidem, Libyam, Ammoniacam, & Pentapolim Ecclesiastica negotia administrentur. S. Athanasius (a) *loquens de Dionysio, qui Concilium Nicaenum annos sexaginta, & amplius praecesserat, eadem tradit praeditum fuisse potestate in Pentapolis, Libyae &c. Provinciis, erumpente Sabellii haeresi.*

Quo vero nomine Metropolitani audierint, intelligat ex ipso Binghamo Milante (b): *Nulli quidem eorum diserte Metropolitani dicti fuere. Vix enim in ullo antiquitatis monumento ante Concilium Nicaenum illud nomen invenias: sed primis temporibus vocabantur* πρῶτοι, & Κεφαλοὶ, *ut Canones sic dicti Apostolici Can. 37. eos appellant. In sequentibus seculis aliter nominabantur, exempli gratia, Archiepiscopi, ut Alexandriae (apud Epiphan. haer. 68. nu. 1. Petrus dicitur Archiepiscopus Alexandriae), & aliis in locis usque dum nomen illud Patriarchis attribui coeptum est. Concilium Sardicense Can. 6. vocat eos* Ἐξάρχους τῆς Ἐπαρχίας, *Exarchos Provinciae. Augustino nonnunquam dicuntur Principes (Brevic. c. 16. tom. 7.) Et Hilario Papae Monarchae* (c): *Miramur Fraternitatem tuam ita legis Catholicae immemorem esse, ut quoque iniqua, & contra Patrum nostrorum statuta in Provincia, quae ad Monarchiam tuam pertinet, si ipse aut non vis, aut non potes, etiam nec nos silentii tui taciturnitatem permittas corrigere. Cum autem haec nomina secularis celsitudinis essent tituli, & nimium quantum absolutam saperent potestatem, atque dominium, Concilium Carthaginense III. expresse eorum usurpationem interdixit, decernendo c. 26. ut primae sedis Episcopus non appelletur Princeps Sacerdotum, aut Summus Sacerdos, aut aliquid hujusmodi, sed tantum primae sedis Episcopus. Hinc est, quod isti Episcopi, qui in aliis Mundi partibus Metropolitani dicti fuere, in Africa nomen Primatum plerumque gesserint; quamquam nomen Metropolitani in Conciliis etiam Africanis interdum usurpatum deprehendimus; ut in Concil. Carthag. III. c. 39. Carthag. IV. c. 1.*

(a) *S. Athanas. de sentent. Dionys. to. 1. pag. 552. & tom. 1. pag. 246. edit. Paris. ann. 1698.*

(b) *Bingham. eodem tit. §. 5.*

(c) *Hilar. Episcop. ad Leont. Arelat. apud Baron. ann. 462. tom. 6.*

Nec intra unius splendidi tituli cancellos supra Episcopos se se tenebat Metropolitanorum auctoritas, verum etiam omnimoda in Suffraganeos potestate fulta erat. Sanctus Augustinus cum constituere vellet in Fussulo suae Dioecesis Vico Antonium Episcopum, veniam a Metropolitano, & facultatem impetravit, ut testantur PP. Sancti Mauri (*a*), & Thomasinus. Controversia inter Arelatensem & Viennensem Episcopos nata de jure Metropolitico dirempta fuit a Concilio Taurinensi his verbis: *Is totius Provinciae honorem Primatus obtineat, & ipse juxta Canonum praecepta ordinationum habeat potestatem*. Cui consentanea habet Concilium Sardicense (*b*): *Episcopi preces mittunt ad Episcopum, qui in Metropoli, ut ille, & Diaconus ejus, supplicationes distineat tribuens commendatitias epistolas ad Episcopos, qui in urbibus morantur, in quibus Augustus Rempublicam gubernat*. Concilium vero III. Carthaginense definit (*c*): *Ut Episcopi trans mare non proficiscantur, nisi consulto Primae Sedis Episcopo suae cujusque Provinciae, ut ab eo praecipue possint sumere formatam*. Ad haec Concilium Africanum: *Decreta Nicaena sive inferioris ordinis Clericos, sive ipsos Episcopos Metropolitanis suis apertissime commiserunt*. Et Antiochena Synodo (*d*) cavetur, ut *Si necessarius usus exigat, ut ad Imperatorem se conferat Episcopus, id agat cum deliberatione, & sententia Metropolitani Provinciae*. In Concilii Calchedonensis celebrati anno 451. actione 13. Eunomii Nicomediensis, & Anastasii Nicaeni oborta lis cognita fuit. Querebatur Eunomius, Nicaenum Episcopum Metropoliticum jus sibi usurpare, Nicomediamque Metropolim in duas scindere velle; quapropter Patres sententiam dixerunt, & Nicomediensi Metropolitae suffragati sunt, decernentes (*e*); *Canones teneant, Canonibus satisfiat*. Idem decrevere Innocentius primus (*f*), Bonifacius I. (*g*), S. Leo (*h*), S. Hilarius (*i*). Gregorius autem III. postquam creavit Bonifacium primum Archiepiscopum Moguntinum, facultatem ei largitus est ordinandi, prout mos jam inde a primis seculis invaluerat, Episcopos, ubi necessitas suae Provinciae suadere videretur (*k*); quapropter Bonifacius

(a) *PP. S. Mauri in vit. S. Augustin. praefixa tom. 2. ejus oper. lib. 8. cap. 4.*
(b) *Concil. Sardicens. can. 9.*
(c) *Concil. Carthaginens. can. 28.*
(d) *Synod. Antiochen. can. 2.*
(e) *Synod. Calchedonens. Act. 13.*
(f) *Innocent. I. Epist. 2.*
(g) *Bonifacius I. Epist. 3.*
(h) *S. Leo Epist. 89. & 92.*
(i) *S. Hilarius Epist. 2.*
(k) *Gregorius III. Epist. 7.*

facius illi quatuor adjecit Suffraganeos Episcopos, videlicet Salisburgensem, Frisigensem, Ratisponensem, & Pataviensem, quod ipsemet Gregorius III. confirmavit anno 739. Examini insuper Metropolitarum supponebantur Suffraganei, ut constat ex Can. 2. septimae Synodi, cujus haec sunt verba: *Inquiratur diligenter a Metropolita, si in promptu habeat legere scrutabiliter, & non transitorie tam Sacros Canones, & S. Evangelium, quam Divi Apostoli librum, & omnem Divinam Scripturam &c.* Atrebatensis Episcopus Lambertus distulerat adire, & obedientiam exhibere suo Archiepiscopo Remensi; de qua re Reinoldus alte conquestus est; quapropter Lambertus epistolam ad eundem dedit obsequii plenam, suam infirmitatem causatus: *Cum autem, Deo miserante ad vos proficiscendi facultas attributa fuerit, quod nunc per Fratres nostros facimus, tunc, Deo volente, in propria persona nos facturos profitemur.* Ejusdemque argumenti literas misit ad Clericos Remenses his conceptas verbis: *De qua sine contemptu veniendi apud sanctam Remensem Sedem; unde placuit Domino Archiepiscopo nos arguere, satisfacere per praesentes Fratres nostros vobis sum paratus. Nostis enim & inopiam rerum Sedis nostrae, & difficultatem viarum, & tempestatem bellorum, & odium Cameracensium in nos, & quorundam aliorum in via positorum. Prostratus itaque Sanctitatis vestrae pedibus, ut me in verbo veritatis audiatis, & excusatum me habere velitis, suppliciter exoramus* (*a*). Canones itidem passim occurrunt in Gratiano, Antonio Augustino, & Decret. Cap. pervenit 6. distinct. 18. ex Concilio Calchedonensi, & cap. Quoniam ex septima Synodo Oecumenica (*b*). Cap. Licet titul. 10. de supplenda negligentia Praelat. Innocentii III. Cap. Dilecto; ejusdem Innocentii III. Cap. Ecclesiae; Bonifacii VIII. Cap. Cum ex officii titul. de Rescript. Innocentii III. Cap. cum nuper, Gregorii IX. tit. de Censibus. Cap. Romana Ecclesia Innocentii IV. tit. de Censibus in 6. Cap. Perpetuo Bonifacii VIII. titul. de Cens. in 6., atque alii plane innumerabiles, quibus absoluta facultas coercendi, & judicandi Suffraganeos, eorumque Ecclesias visitandi Metropolitis dabatur. Celebres itidem fuere turbae, quae exarserunt inter Hincmarum Remensem Metropolitam, & Hincmarum Laodicenum suum Suffraganeum,

(a) *Editae sunt istae Epistolae tom.* 5. *Spicileg. Dacherian. pag.* 548. 549. 550.

(b) *Gratian. & Anton. Augustin. in Epitom. can. lib.* 3. *tit.* 10. 11. 12.

& Nepotem, pro quo negotio quatuor celebrata ſunt Concilia, Remenſe, Vormatienſe, Aſſiniacenſe, & Dutiacenſe (a): quamobrem S.Abbas Bernardus de turbato, ac inverſo hujusmodi ordine, ac regimine lamentabatur (b): *Vel nullae, vel paucae ſunt quae plagam iſtam non doleant, aut non timeant. Quaeris, quam? Subtrahuntur Abbates Epiſcopis, Epiſcopi Archiepiſcopis, Archiepiſcopi Patriarchis, ſeu Primatibus*. At de his mox etiam dicturi ſumus.

Non equidem multum laboramus de tertio Epiſcoporum Ordine, quem nec Milante impugnare dubitamus, niſi vellet cum Aerianis, Wicleffiſtis, Lutheranis, & Calviniſtis caſtra metari, & haereticum omnino se prodere, Tridentini Concilii potiſſimum confoſſum Anathemate (c): Verum quandoquidem hanc veritatem, quamvis fuco aliquo, & pigmentis linitam confiteri videtur de Metropolitica praeſertim inſtitutione ediſſerens; ideo preſſius eam pertractavimus. Tu interim cave, Milante, ne male feriatus, totque Oecumenicorum Conciliorum, ac Sanctorum Romanorum Pontificum Auctoritate obrutus, ipſisque Haereticorum telis petitus fatiſcas, & a recta veritatis orbita devians tamquam ſtupidus, ac bardus in errores maximos incidas, ſed triplicem Epiſcopatus Hierarchicum gradum cum Patriarcha Antiocheno, imo cum tota Eccleſia agnoſcens Catholica ſequere ſigna.

CAPUT II.

Injuſte Antiochenus Patriarcha ab Epiſcopo Stabiano taxatur de Falſitate Epiſtolarum Decretalium Pontificum primorum Seculorum.

PRo triplici Epiſcopatus ordine magis magisque firmando utitur Patriarcha Antiochenus adminiculo, ac veluti quodam fulcimento decretalium Epiſtolarum Summorum Pontificum ante Siricium Papam, non quod eas veras, genuinas, & authenticas omnino judicaret, ſed quia in iis Apoſtolicae traditionis ſenſus,

(a) *Tom.* 10. *Concil.Edit.ultim. p.*1033. 1049., & 1051. *Vide Floroard. Hiſtor. Eccleſ. Remenſ. lib.*3. *cap.*4. *Cave de Scriptoribus Eccleſiaſticis in Hincmaro Laodiceno*:

(b) *S.Bernard. lib.* 3. *de Conſideratione ad Eugenium*.

(c) *Concil. Trident. ſeſſ.*22.

ſus, & norma deprehenditur; dici vero non poteſt, quot quantisque proinde vellicetur, & proſcindatur non obſcure contumeliis, tamquam Critices ignarus, & excors a Stabiano Epiſcopo, qui tamen ſecum ipſe pugnare videtur, & Aethiopem, ut dicunt, lavare; namque Metropoliticum gradum, & ordinem is, cui cor bene ſapit, quique ab Eccleſiaſtica Hiſtoria non longe aberrat, & cum Catholicis ſentit, fateatur aperte neceſſe eſt; id quod & ipſemet Milante aliquo pacto agnoſcit illis verbis (a): „ Quare haud inficior a Viris Apoſtolicis, „ imo, ut quamplures eruditi docent, ab ipſis Apoſtolis fuiſſe in„ ſtitutos, aut ſaltem indigitatos Metropolitas, praecipue quia „ Tertullianus, qui II. labente Seculo ſcripſit, horum expreſſe „ meminit, Provinciarum Metropolitis adhuc nominatis, dicens: „ *Proxima eſt tibi Achaja? Habes Corinthum: ſi non longe es a* „ *Macedonia, habes Philippos, habes Theſſalonicenſes. Si potes* „ *in Aſiam tendere, habes Epheſum. Si autem Italiae adjaces,* „ *habes Romam* „. Si itaque Metropolitarum auctoritas, & dignitas ab ipſis Apoſtolis, Apoſtolicisque Viris eſt petenda; igitur Canones Clementis, Anacleti, &c. qui hoc idem aſtruunt, ad libellam Apoſtolicam hac in re ſunt exacti, & Apoſtolica inſtituta ſectantur, ut qui ab eorum doctrina, & traditione, ne vel latum quidem unguem diſcedunt.

Nec ſolis conjecturis inniti volunt Scriptores earum Epiſtolarum firmitatem, ſed in clariori lumine collocari, atque ut certum de iis poſſit pronunciari judicium, utque ſcrupulus omnis a lectorum animis abigatur, operae pretium ducimus ipſius Patriarchae rationes, & argumenta hic referre (b): „Si res ex deductis a Gratiano teſtimo„ niis dirimenda eſſet, ſtatim nobis occurrerent ab eo prolatae „ auctoritates S. Lucii I. S. Clementis, & S. Anacleti docentium, „ Apoſtolorum Principem praecepiſſe, ut ibi Patriarchae, & Pri„ mates ponerentur, ubi primi Flamines Ethnicorum extabant; „ ubi Archiflamines impiis Numinibus thura dabant, Archiepi„ ſcopi; ubi demum Flamines circumſcripti erant, Epiſcopi col„ locarentur. Porro in ſecunda hujus operis parte Surrentum „ propter Templum Sirenum Neocoram Civitatem fuiſſe, & ma„ jores habuiſſe Sacerdotes dilucide probabimus; quamobrem ſe„ cundi gradus Epiſcopum, ſeu Archiepiſcopum, & totius ferme „ Campaniae Provinciae ſacrum Rectorem jam inde ab initio ob„ tinuiſ-

(a) *Pius Thom. Milante Epiſcopus Stabian. Diſſert. 2. pag. 91. verſ. 6.*

(b) *Patriarch. Antiochen. de Chriſtiani Surrent. Antiq. lib. 1. c. 3. Art. 2. 3. fol. 41.*

„ tinuisse concludendum esse videtur.

„ Verum illico nasutorum Criticorum in nos lacesseremus „ mussitationes, vel apertas irrisiones, qui Gratiani collectionem „ parvipendentes illud in medium proferrent, quod de eo scri- „ ptum reliquit Doctissimus Terraconensis Antistes scilicet: neque „ Concilia vidisse, neque Registra Pontificum, neque alia SS. „ Patrum scripta. Sed ea, quae in variis collectionibus reperta „ ab eo sunt, in medium protulisse. Adderent Epistolam, quam „ nomine S.Lucii prodit Gratianus, S.Stephani I. potius esse. Quas „ vero ex S. Clemente & S. Anacleto Apocryphas esse, & ex Col- „ lectione Isidori Mercatoris, seu Peccatoris excerptas; quae num „ commentitiae, an incertae sint, celeberrima est inter Criticos „ controversia.

„ Eam collectionem primo Riculphus Moguntinus Archiepi- „ scopus ex Hispaniis acceptam evulgavit, & ub que locorum „ magno cum plausu accepta fuit: praecipue in Galliis, ubi quae „ coactae fuerunt Synodi, ex illis Epistolis Summorum Pontifi- „ cum, quae in ea collectione continentur, plura ad mores, & „ disciplinam Ecclesiasticam spectantia hauserunt, & in suis Ca- „ nonibus, & Decretis inserverunt. Verum non multo post de „ eadem collectione apud Galliae Antistites dubitari caepit: ad „ quos epistolam dedit S. Nicolaus I. anno 865. qua Isidori me- „ moratam collectionem propugnare strenuissime studuit. Et quo- „ niam Episcopi illi urgebant, eas Decretales suspectas reddi, quod „ non reperirentur in antiquo Canone Ecclesiae, neque apud Dio- „ nysium Exiguum, penes quem Epistolae decretales incipiunt a „ Siricio Papa, ut ipsemet S. Nicolaus fatebatur, qui ad haec ita „ reponebat: Neque Sacra Scriptura inserta est in collectione Dio- „ nysii Exigui; quis autem adeo excors, ut proinde deducat, „ eam nullibi extare? Sic licet Epistolae Decretales Pontificum „ ante Siricium non reperiantur in antiqua collectione Cano- „ num, & in opere Exigui, non ideo fas est deducere, nusquam „ reperiri.

„ Nihilominus Himmarus Remensis Archiepiscopus Primus, „ quod sciam, qui studia sua in scrutandis iis epistolis locaverit, „ ut spurias omnino habendas esse conclusit. Et quoniam S. Ni- „ colaus I. allegaverat verba S. Gelasii, dicentis: item Epistolae, „ quas Beatissimi Papae diversis temporibus ab Urbe Romana pro „ diversorum Patrum consultatione (male heic Hincmarus legit „ consolatione) dederunt, venerabiliter suscipiendae sunt. Hinc-

„ marus verba Gelasii interpretatur de epistolis, quae habentur
„ in collectione Dionysii Exigui, vel alibi incipientes a Siricio us-
„ que ad ipsum Gelasium, de aliis inquit esse quidem venerandas,
„ & in illis judicio, & delectu opus esse; quasdam enim ex illis
„ invicem pugnare, & etiam adversari Sacris Canonibus postea
„ reperies. Modeste quidem.

„ Verum postea praefractarum frontium, atque omnium
„ impietatum sentinae Centuriatores Magdeburgenses in Isidorum
„ illum tamquam in impostorem, versutumque praestigiatorem
„ invecti sunt. Adversus quos Isidorum propugnare, ac tueri co-
„ natus est Franciscus Turrianus. Sed in Turrianum David Blon-
„ dellus, cum quo nonnulli etiam ex nostris veluti uno agmine
„ facto irruerunt. Igitur ex adeo disceptata Isidori collectio-
„ ne, quam Gratianus avide arripuerat, quum nihil certi statui
„ posse eruditi viri animadverterint, alias inierunt vias.

„ Petrus de Marca, qui praeter morem abunde de hoc nego-
„ tio edisserit, quum fateatur differentiam inter Metropolitas, &
„ inferiores Episcopos Apostolico jure invectam, addit: Aposto-
„ los Orbem Ecclesiasticum in Provincias distribuisse ad exem-
„ plum dispositionis Civilis, quae per illas tempestates vigebat in
„ Imperio; quam sententiam luculenter se probasse existimat au-
„ ctoritate SS.Petri, & Pauli, quorum primus, postquam in Ju-
„ daea Evangelium praedicasset exinde profectus curam suam con-
„ vertit ad Judaeos, tum primae dispersionis, tum secundae, quos
„ Hellennistas, aut Graecanicos ideo vocari mos erat, quod per
„ Graecorum Provincias fuerant dispersi. Quare putat Marca Ale-
„ xandriam, quae Aegypti Metropolis erat, & in qua habitabant
„ Judaei secundae dispersionis, S.Petrum abiisse, institutoque il-
„ lic Episcopo S.Marco, mox Antiochiam profectum fuisse, &
„ exinde ad antiquam Babylonem Chaldaeae; ex qua Urbe autu-
„ mat cum Scaligero, scripsisse primam epistolam, in qua ait:
„ salutat vos Ecclesia, quae est Babylone. Idipsum confirmari
„ posse putat ex eodem S.Petro scribente: electis advenis disper-
„ sionis Ponti, Galatiae, Cappadociae, Asiae, & Bithyniae:
„ ubi enumerare videtur Christianos secundum Provincias Imperii
„ Romani; idem confirmat ex S.Pauli epistola ad Titum. Sed de
„ his inferius.

„ Verum brevis haec Marcae ratiocinatio longas patitur diffi-
„ cultates; primo, quod duas enuntiat dispersiones, quum de
„ una post Martyrium S.Stephani, & ante S.Petri discessum ex Ju-

„ daea

„ daea mentio ſit in actis Apoſtolorum; qua quidem diſperſione „ divina providentia factum, ut Evangelium Gentilibus primo „ praedicari coepiſſet, ut tradit Lucius Dexter (ſi tamen genui- „ num eſt ejus opus.) Deinde S.Petri epiſtolam non Babylone „ penes Euphratem, ſed Roma datam fuiſſe Babylonis nomine „ indicata propter graſſantis impietatis errores, & confuſionem, „ monent graviſſimi, & antiquiſſimi Patres; accedit, quod S.Pe- „ trus ibidem vale etiam dicat nomine S.Marci, quem Alexan- „ driae reliquiſſe ipſemet Marca affirmaverat.

„ Inſuper nemo inficiatur, Auguſtum novam inſtituiſſe Pro- „ vinciarum diviſionem, quarum aliquas Senatus Arbitrio, ut „ Rectores praeficeret, reliquit; atque hae pro Conſulares, vel „ Propraetoriae dictae; alias ſibi reſervavit, ad quas Legatos, „ aut Praeſides mittebat. In quibus vero ex his Apoſtoli Metro- „ politas ſtatuerint, inconſulte nimis in ſolo Oriente Marca „ non diſtinguit. In Africa rem aliter se habuiſſe quisque vel e tri- „ vio noſcere poteſt, & multo magis in Italia. Hanc enim in un- „ decim Provincias ab Auguſto diviſam fuiſſe, luculenter tradit „ Plinius, quem in hac re illuſtravit Gutherius; in ea tamen ne- „ que aevo Auguſti, neque multo ſequioribus temporibus toti- „ dem fuerunt Metropolitae, ſed vix tres.

„ Neque dictum illud hujus auctoris ferendum: Apoſtolos ad „ exemplum juris Civilis Romani Orbem Eccleſiarum in Provin- „ cias diſtribuiſſe. Hoc ſiquidem idem eſt, ac putare Divinam „ Sapientiam ab humana ſtultitia de Sacro Regno ſuo conſtituen- „ do normam mutuatam fuiſſe; tum etiam quia Rectores, ſeu „ Correctores, aut Moderatores, vel Provinciarum Juridici non „ ita erant ſubordinati, ut Epiſcopi Metropolitis, & hi Patriarchis. „ Ulterius nonniſi duo fuerunt tempore Auguſti Praefecti Praeto- „ rii, & apud poſteriores Imperatores aliquando unus, priusquam „ a Conſtantino Magno quatuor eſſent declarati, ut in ſecunda „ hujus operis parte clarius patebit, ubi de Correctoribus Campa- „ niae verba faciemus. At vero tempore S.Petri tres tantum erant „ Patriarchae.

„ Quam leve, ac frivolum deinde argumentum deducat Mar- „ ca ad probandam diviſionem Metropoleon Eccleſiaſticarum „ factam a S.Petro inſtar diviſionis Civilis ex verbis ejusdem Apo- „ ſtolorum Principis compellantis Hebraeos diſperſos per Pon- „ tum, Galatiam, Cappadociam, Bithyniam, Aſiam, nemo „ ſane non videt; quae enim vis, roburque in hac ratiocinatio-

„ ne

„ ne ineſt? Petrus enumerat advenas juxta Provincias Imperii; ergo ibi conſtituit ſummos, & inferiores Evangelicos Rectores.

„ Ex noſtra autem doctrina recte percipies ſenſum, quem continent S. Leonis ſuperius allata verba, ut ſcilicet eſſent in ſingulis Provinciis ſinguli, quorum inter fratres haberetur prima ſententia; & rurſus in majoribus Urbibus conſtituti ſollicitudinem ſuſciperent ampliorem, per quos ad unam B. Petri ſedem univerſalis Eccleſiae cura conflueret. Vides hinc, unde ideam, & exemplar diſtinguendi tres Epiſcoporum gradus Apoſtoli deſumpſerint, ex ipſo ſcilicet Chriſto, qui Petrum ceteris praefecit, digrioremque eſſe voluit. Tres vero gradus juxta numerum Divinarum Perſonarum ipſi etiam diſtinxerunt, vel juxta Hierarchicos Angelorum Choros, ut diximus.

„ Quamvis ex modo dictis plena fides exigi non poſſe videatur pro Canonibus per Gratianum citatis, deſumptisque ex ſuſpecta Iſidori Mercatoris collectione, vel Hadriani, quae eodem ferme tempore, nempe Riculfi Archiepiſcopi Moguntini, teſte Antonio Auguſtino, in lucem prodierunt: non tamen omnino improbandas eas auctoritates decrevimus; generatim enim de iis collectionibus idem ſentimus, quod doctiſſimus Cardinalis Bona, collectorem videlicet Epiſtolarum decretalium, quae extant ante Siricium, piam fraudem admiſiſſe; hoc eſt licet genuinae non ſint epiſtolae eorum Summorum Pontificum, quorum nomina praeſeferunt, aut plurimum interpolatae: nihilominus utilia multa continent, veramque ſapiunt diſciplinam, eosque mores Eccleſiaſticos, qui eo tempore conſueti erant, quo ii Papae vigebant, quibus affinguntur, ut putavit etiam egregius Cardinalis Aughir de rebus Eccleſiaſticis optime meritus, & nobis quondam amicitia conjunctiſſimus.

„ In verba optimi Cardinalis Bonae furioſe irrumpit Guilielmus Cave Anglus, & quaſi indignum facinus ſit, eo modo pietati fraudem adnectere, illum aculeato ſtylo acerrime carpit: ac ſi non haec venuſtiſſima ſit dictionis figura, quam Antitheſim, & paradoxicam locutionem Rhetores vocant. Ea uſus eſt doctiſſimus ille Cardinalis, qui libros ſcripſit de docta ignorantia. Quinimmo in ipſo Evangelio Paradiſi lucratores violenti, ac raptores dicuntur. Profani ſcriptores eam paſſim adhibent; & apud Graecos ἄδωρα δῶρα legimus, & ἄγαμος γάμος: apud Ennium artem inertem: apud Ovidium juſta injuſtitia; frequentius apud Italos noſtros Poetas, ut apud Caſam: Avverſità ſeconda.

„ Sed eandem prorsus doctissimi Cardinalis Bonae locutio-
„ nem usurpavit nuper magni nominis recens Galliae scriptor Au-
„ gustinus Calmet inquiens, ut videre est in Versione Latina: Ut
„ pia hac fraude Judaeos, & Paganos incredulos in suas partes
„ pertraherent. Et de Evangelio Nicodemi, atque de Pilati Epi-
„ stola verba faciens subdit: pia alicujus Christiani fraude de-
„ promta est. Haec obiter ad defensionem doctissimi Cardinalis.
„ Nunc ad ea, quae dicuntur in c. 1. 2. & 3. Gratiani redeamus.

„ Principio ibi S.Lucius, sive S.Lucinus dicit: Urbes, & loca,
„ quibus Primates praesidere debent, non a modernis, sed etiam
„ multis ante adventum Christi statuta temporibus. Quae verba
„ ut superius innuebamus extant in Epist. 2. S.Stephani Papae
„ Cap.6., quam quidem etsi adulterinam credant docti critici, ejus
„ sententiam nihilominus verissimam esse, liquet ex jam dictis:
„ quum & loca Patriarcharum, & Primatum ab Isaia praenuntia-
„ ta fuisse probavimus.

Atque ex his nemo, qui utroque oculo non caligat, clare non videt, nequaquam Patriarcham Antiochenum latuisse, quae de iisdem Decretalibus posterorum memoriae commendarunt Auctores primi subsellii, nec Cardinalis Bonae sententiam, aut corrupisse, aut ulla in parte immutasse, aut tandem illi fucum vel leviter fecisse; quia & ingenue, & castigate ejus opinionis sensa exposuit, simulque eas *decretales Epistolas* non paucas pati difficultates asserere non dubitavit, & loca Scriptorum, quibus impetuntur, & ablegantur, fideliter exposuit, non secus ac eos indigitavit, qui pro iis stare videntur. Nec fallere, nec falli voluit, nec pro ea re in censu imperitorum, vel imponentium, aut impostorum est reponendus; quod per summam injuriam non est veritus Milante contendere.

De reliquo Cardinalis Bonae auctoritatem secutus Patriarcha piam fraudem commisisse Isidorum affirmat, illas in censu Pontificiarum epistolarum primorum seculorum recensentem, quod tamen alienum a mente Cardinalis Bonae esse Milante contendit; quam vero sincere, quamve apposite judicet lector; haec enim sunt Johannis Bonae verba (a): *Dudum enim ab eruditis observatum est, illorum epistolas decretales Pontificum usque ad Siricium suppostititias esse a quodam Hispano sub nomine Isidori, quicumque ille fuerit, sub finem septimi seculi pia fraude confictas, & ex sententiis veterum Canonum, legum etiam civilium, & sanctorum Pa-*

(a) *Joseph Bona rer. liturgic. lib. 1. cap. 3. num. 1.*

Patrum, qui IV., & V. seculo floruerunt, turpi anachronismo, eodemque fere stylo, ac decenti charactere magna ex parte contextas, quas primum ex Hispania in Galliam detulit labente VIII. seculo Riculphus Episcopus Moguntinus, & inde in alias Regiones disseminatae, ac communiter receptae sunt. Sed tandem impostura detecta est; & Baronius de his epistolis disserens anno 865. *earum falsitatem agnoscit*. Si commentum illud epistolarum piam fraudem vocare, piaculum, & Religionem reputat Milante, ac magis profligatissimo haeretico velificari Gulielmo Cave (a), quam doctissimo aeque, ac pientissimo Cardinali in deliciis habet, contra eundem potius, quam contra Patriarcham stylum vertat, & linguam acuat, oportet. Nobis satis ostendisse, Patriarcham optime calluisse, quae de iisdem epistolis senserunt Scriptores; nec quidquam falsi obtrusisse; cum vice versa auctoritates cunctae, & loca Scriptorum ab ipso Milante allata, aut depravata, aut a proprio sensu detorta, aut sibi invicem pugnantia sint, ut curioso lectori inquirenti volupe erit deprehendere.

CAPUT III.

Rationes, & Momenta exponuntur, ob quae Metropoliticae Dignitatis jura in Surrentinam Ecclesiam ab Apostolo promanasse autumat Antiochenus Patriarcha.

Firmato triplici Episcopatus ordine, ut supra ostensum est, viam sibi sternit, gradumque facit ad comprobandam Metropoliticam dignitatem ab ipsis Apostolis Surrentinae Ecclesiae collatam Patriarcha Antiochenus, non quidem tanquam fidei dogma, sed ut rationi consonum, & consentaneum conjecturis, & argumentis non contemnendis assertum. Constat enim, S. Petrum Apostolorum Principem, cum Evangelii disseminandi causa Romam cogitans ad nostras hasce Regiones advenisset, antequam Patriar-

O 2 chalem

(a) *Guliel. Cave in Histor. literar. Scriptor. Ecclesiastic. Edit. Colon. Allobrogum ann.* 1720. *in secul. IX. pag.* 443. Spurias esse, & non tam pia fraude, quod vult Cardinalis Bona, quam stupenda plane impostura confictas longo argumentorum agmine, & rationibus invictis ex imis antiquitatis, Chronologiae, criticesque sacrae fundamentis adversus Turrianum demonstravit D. Blondellus in Pseudo-Isidoro, adeout aliquid hac de re addere esset post Homerum Iliadem scribere, & ita quidem esse uno fere ore jam agnoscunt cordatiores Pontificii. Testem dabo e multis unum Stephanum Balutium, ingens Ecclesiae Gallicanae ornamentum:

chalem Sedem ibi figeret, varios in Campania creasse Episcopos: Surrento pariter, quae celeberrima illius temporis Civitas erat, quaeque aliis Italiae Urbibus magnificentia, & gentilium Templorum elegantia, Aedificiorumque structura praestaret, nullique (excepta Roma Imperii quondam sede, *quae Pastoralis honoris*

Facta caput validis quidquid non possidet armis
Relligione tenet :

Et

Qua nihil in terris complectitur altius Aether : (a))

antiquitatis,& Patritiorum fama,ac omnium fere rerum copia esset secunda, Metropolitam praeposuisse; quod sane conjectura satis recta assequi possumus, & traditione inconcussa Surrentinorum; quin etiam Aedicula quaedam vetustissima, quae sub nomine *S.Petri a Mele*, sed verius *S.Petri inventi* venit, quaeque ab hominum memoria magno semper in pretio, & honore est habita, eo quod hic Apostolorum Caput Petrus primo fuerit inventus, luculentissimum ejusdem rei praebet argumentum. Crucis itidem lapideae signum non procul hinc in muro latifundii PP.Benedictinorum S.Renati insculptum, quod conterranei, incolaeque utpote eo in loco a S.Petro expositum impenso usquequaque obsequio, & devotione sunt prosequuti; quodque ferunt quolibet anni tempore deosculantibus suaveolentem violarum odorem, & fragrantiam non vulgari sane miraculo reddere, hujus negotii fidem faciunt indubiam.

Ad haec eidem veritati comprobandae maximo argumento sunt sculpti lapides in vetustissima Ecclesia S.Mariae de Auro, sive, ut ajunt, *ad Laurum* Pagi Metensis hujus Dioecesis, in quibus leguntur sequentes versus:

Quod quater antiquitus cecidit, quater inde Sace
Hoc (licet exigui) restauratur opus.
Tunc sibi Deiparae Templum de more dicatum
Virginis a Mariae Numine nomen habet.

Sacellum Mariae Virgini antiquitus erectum, & anno Christi MCCVI. ab Alferio Surrentino Metropolita, ac Stabiensi, & Aequensi Episcopis dedicatum injuria temporis quater eversum Surrentini Metenses in splendidiorem formam summa pietate quintum funditus extruxere Anno MDLXIX.

D.O.M.

(a) Terrarum Dea, gentiumque Roma
Cui par est, & nihil secundum. *Martial.*

D. O. M.

Da Barbariche mani arso , e combusto
Fu sette volte il Maggior Tempio antico
Di Roma , e sette volte il Cielo amico
L'eresse più magnifico , ed augusto .
Tal io dal primo seculo vetusto
Sacro a Maria d'ogni Idolo nemico
Da Alferio , che Sorrento Stabia , e Vico
Resse sacro Pastor pietoso , e giusto
Tre volte caddi indi a mill'anni , e ducento
Reedificato fui alto , e sublime
Qual con Longobarde note vi rivelo .
Ed or , che il tempo avea il mio culto spento
Dal supremo mio tetto alle part'ime
I Meteresi mi erigero al Cielo .

Quis ergo augustum Templum in honorem SS. Dei Genitricis, & Statuam ligneam tam graphice factam,quae non uti fictum illud Trojae Palladium e Coelo delapsum,sed vere,ac portentose in rebus dubiis perfugium,tutelam, ac clypeum se prodidit,dolare, ac veluti sub ascia dedicare potuisset primo partae salutis seculo, nisi soli dumtaxat pii illi homines , eorumve discipuli , quos S. Petrum fama est Baptismi lavacro abluisse , & Christiano ritu per omnia expiasse ?

Rursus si primo, vel saltem secundo Ecclesiae seculo Surrentina Civitas suos Martyres habuit , plane jam antea Petrum, qui eos ad Christi Religionem amplectendam hortatus fuerat, exceperant ; tantoque ejusdem fidei ardore , ac studio exarserunt , ut pro ea vitam suam projicere , & mortem acerbissimam libentissime subire non haesitaverint . Hi Surrentini Martyres descripti sunt in Martyrologio Romano die 19. Martii , cujus auctoritatem labefactare , atque convellere licet irrito ausu , conati sunt Henschenius, & Papebrochius his verbis (a) : *Quamvis Surrentum jactet suos Martyres Quintum , Quintillam , Quartillam , Marcum cum aliis novem , ut legitur in Martyrologio Romano : tamen hi nec Martyres videntur fuisse , nec Surrentini .* Augustinus Lubin ita de hac re loquitur (b) : *De his Beda , Ado , & Usuardus , qui an Martyres fue-*

(a) *Henschen. & Papebroch. in Bullan. oper. tom. 3. die 19. Martii pag. 27. num. 3.*

(b) *Augustin. Lubin in Adnotat. ad Martyrol. Roman. die 19. Martii .*

fuerint, *haud observat*. Dacherius vero haec habet (a). *Sorenti Quinti*, *Quintili*, *Quartillae*, *Marci cum aliis novem*; ex quo factum est, ut Henschenius scripserit: *Alia difficultas exoritur, quod Sorentus videatur constitui inter Sanctos Martyres, non Surrentum Civitas*. Quod autem revera Surrentini hi fuerint Martyres, ex innumeris Martyrologiis colligitur, & ex ipsomet S. Gregorio M., qui Surrentino Antistiti scripsit, ut Lypsana Martyrum Gregorio largiretur; at quorum profecto Martyrum? Nisi eorum qui Surrenti pro Christi fide sua capita obtulerant; en S. Gregorii verba (b): *Gloriosus Filius noster Gregorius Sanctuaria Beatorum Martyrum in Dioecesis vestrae locis quiescentium sibi postulat debere concedi, in quorum honorem Basilicam propriis sumptibus aedificare desiderat, & ideo praefati carissimi viri desideriis ex nostra vos praeceptione convenit obedire*. Accedunt & antiquissima Martyrologia, quae horum Martyrum Surrentinorum meminere. Martyrologium vetustissimum ab Heriberto Rosuveydo Coloniae evulgatum ita praefatur (c); *Apud Surrentum Quinti*, *Quintilli*, *Quartillae*, *Marci cum aliis octo*. In Martyrologio Usuardi (d) sic legitur: *Eodem die apud Surrentum Sanctorum Quinti*, *Quintili*, *Quartillae*, *Marci cum aliis novem*. Et in Martyrologio Adonis Archiepiscopi Viennensis (e): *Eodem die apud Surrentum Sanctorum Quinti*, *Quintilli*, *Quartillae*, *Marci cum aliis novem*. In Martyrologio impresso Papiae a Bartholomaeo Palazolo (f) ex Augustiniana Familia, & in alio publici juris facto a P. Bellino de Padua ex eadem Familia ann. 1522. *Eodem die* (nempe 19. Martii) *apud Surrentum Sanctorum Quinti*, *Quintilli*, *Quartillae*, *Marci cum aliis novem*. Consonant Martyrologia edita ab Abbate Francisco Maurolyco (g) ann. 1576., & a Marco Constantio Felice Medico (h) ann. 1577. & a Petro Galesino (i), apud quem scriptum reperitur: *Surrenti in Italia Sanctorum Martyrum Quinti*, *Quintilli*, *Quartillae*, *Marci*, *Florenti*, *& sociorum novem*; ubi subdit: *Addidimus Florenti ex libris manu exaratis*: Revera in Mar-

(a) *Dacher. in Indic. Martyrol. S. Hieronym. tom. 2. Spicileg. Edit. Paris. ann.* 1723.

(b) *S. Gregor. M. lib. 9. Epist. 25. edit. PP. S. Mauri indict. 2.*

(c) *Vide Dacher. tom. 2. Spicileg. ult. edit. Paris. Florentin. in vetust. Eccles. Occid. Martyrol. In admonit. praevia 4.*

(d) *Apud Johan. Molan. 16. Kal. April.*

(e) *Adon. Martyrol. apud Rosuveyd. 16. Kal. April. in fin. & in Bibliothec. PP. tom. 16. pag 830. column. 2.*

(f) *Hoc Martyrologium extat Romae in Bibliothec. Angel. S. Augustin.*

(g) *Abbas Maurolyc. Messanensis in Martyrol. publicis formis dato ann.* 1576.

(h) *Marcus Constantius felix in Calend. sive in Ephemeride Historica edit. an.* 1577.

(i) *Petr. Gal. in suo Marty. 14. Kal. Ap.*

Martyrologio Augustano (a) IV. Kal. April. ita notatur: *Theodoti, Bassi, Bassiliae, Leonti Confessoris, Sorenti, Marci, Florenti,* & in Labeano (b): *Teodori, Bassi, Bassileae, Leonti Confessoris, Sorenti, Marci, Florenti.* Attamen Martyrologium Aquisgranense loco *Florenti* habet *Lorenti*; quam plura alia Martyrologia *Vonectam* cum Florentio conjungunt, ut advertit Florentinius, (c) qui etiam Antuerpiense MS. affert, ubi sic describitur: *Theodori Episcopi, Catuli, Leonti Episcopi, Sorenti, Quinti, Quintilli, Quartillae, Segregorii, Marci cum aliis novem, Florenti, Vonectae*; hic praeter Florentium, & Vonectam extat Segregorius ante Marcum; & in antiquo Codice S. Hieronymi interponi S. Gregorium advertit Henschenius (d). In Martyrologio tamen Corbejensi juxta eundem Florentinium habetur: *In Africa Lucelli, Bassi, Frisciani, Pomeni, Foseri, Apolloni, Ammoni, Saturnini, Basiliae, & aliorum novem, Theodori Episcopi, Gagi, Gadulini, & depositio S. Leonti Episcopi, Sorenti, Quinti, Quintilli, Quartillae, Marci cum aliis novem, Florenti, & Vonectae.* Qui igitur Surrentinis Martyribus Florentium voluerit adnectere, ut fecit Galesinus, opus est, ut Vonectam etiam addat, quae cum Florentia conjuncta reperitur, & Segregorium simul, seu S. Gregorium.

Ceterum quod horum Martyrum nomina varie deformata reperiantur, scribentium, & Bibliopolarum oscitantiae, incuriae, ac vitio dandum; in aliquibus enim MS. loco Quintilli legitur Quintili, & loco Quartillae Quintilla, ut in Vallicellano, & Trevirensi apud Henschenium & Sollerium. Sed, quod mirum est, eadem nomina foede deturpata, ac corrupta occurrunt apud Ughellum, *Sanctorum Quarti, Quartilli, Quintillae, Marci, novemque item Sociorum, qui Martyrio in hac Civitate coronati sunt, quorum meminit Martyrologium Romanum* (e). Majorem vero affert admirationem Henschenius, qui dum Ughelli errores in depravandis his nominibus corrigere satagit, in iisdem salebris haeret, & pessime labitur (f). Quo vero tempore hi Martyres capite plexi sint pro fidei confessione, licet in obscu-

ro

(a) *Apud Sollerium tom. 7. Junii seu part. 2. in Martyrol. Augustano.*

(b) *Vide Soller. tom. 7. Junii pag. 2. in Martyrol. Henschen. tom. 3. die 19. Martii pag. 28.*

(c) *Florentin. in notis ad vetust. Eccles. Occidental. Martyrol.*

(d) *Dacher. Spicileg. num. 3. & Henschen. in var. lection. ad diem 14. Aprilis.*

(e) *Ughel. in praefat. ad Archiepis. Surr.*

(f) *Henschen. loc. cit. num. 1.*

ro sit, tamen Neronis Imperatoris immanissimi Tyranni in Christianos crudescente, ac saeviente persecutione, contigisse credendum est; qua tempestate Surrentina Respublica in proprios Cives ob Deorum cultum ejuratum impotenti rabie efferbuit, Imperatorum Romanorum accedente perfidia, a quorum nutu, ac potentia totus terrarum Orbis superstitiose pendebat, ut proinde nulla Civium ratio, nullus sanguinis, aut communis patriae, nullus legum & pietatis respectus haberetur. Hinc magis magisque concludere pronum est, S.Petrum Christi fidem Surrentinos docuisse, & ad subeundos labores, ad adeunda pericula, ad sanguinem etiam profundendum pro Christi fide, & gloria impulisse, atque adeo inflammasse; cum neminem alium Apostolorum, aut discipulorum Christi praeter ipsum, & S.Paulum in nostras hasce Regiones Apostolicis temporibus navigasse sciamus (a).

Horum omnium habemus assertorem, & testem vel ipsum Petrum Jamnonium, sic disputantem (b): *A noi per quello, che richiede il nostro instituto, basterà, che sia incontrastabile, che o da S. Pietro stesso, o dagl' altri Apostoli, ovvero da loro discepoli, o da altri lor successori fusse stata in molte Città di queste nostre Regioni introdotta la Religione Cristiana, e fondate molte Chiese, o siano unione de' Fedeli, ed instituiti perciò molti Vescovi assai prima, che da Costantino Magno si fusse abbracciata la Religione nostra, cioè ne' tre primi secoli dell' umana Redenzione. Si rende tutto ciò manifesto non pure da frequenti, e spessi martirii, che seguirono in queste nostre Regioni, ma da Cataloghi antichi, che ancor ci restano de' Vescovi di molte Città. Napoli prima di Costantino Magno ne conta moltissimi Aspreno, Epatimito, Mauro, Probo, Paulo, Agrippino, Eustazio, Eusebio, Marciano, Cosma, ed altri. Capua novera ancora i suoi, Prisco, Sinoto, Ruso, Agostino, Aristeo, Proterio, e Proto. Nola Felice, Calionio, Aureliano, e Massimiano. Pozzuoli, Patroba, Celso, e Giovanni. Cuma Massenzio. Benevento anche ha i suoi; fra i quali il famoso Gennaro, che sotto Diocleziano sostenne il martirio. Atina vanta sin da tempi degl' Apostoli Marco, dapoi Fulgenzio, ed Ilario. Siponto novera parimente i suoi. Bari, Otranto, Taranto, Regio, Salerno, ed altre Città di queste nostre Provincie prima di Costantino ebbero i loro Vescovi, de' quali lungo Catalago ne fu tessuto da Ferdinando Ughello in quella sua laboriosa opera dell' Italia sagra.*

Nam

(a) *Actor. cap.ult.*

(b) *Petrus Jamnon.tom.2.fol.52.*

Nam de adventu S.Petri Romam dubitare non modo haereticum, ſed proximum inſaniae, ac dementiae eſſet, cum praeſertim Hugo Grotius vel ipſe perditus haereticus (a), adeo manifeſte contra veſanum Caſauboni furorem tamquam defendentis opinionem a toto Orbe deſtitutam invehatur.

Non ignoramus pleroſque naſo ſuſpendere adunco, & ſuſque deque habere, ac veluti aniles fabulas traducere hujuſmodi traditionem peregrinationis in has partes S.Petri; nos vero, quibus cordi veritas eſt, cum S.Ambroſio affirmamus (b): *Nunc ſenes repetunt audiſſe ſe*; & cum S.Johanne Damaſceno adverſus Iconoclaſtas (c): *Unde enim nobis notus Calvariae locus? Unde ſepulchrum vitae? Nonne quia parentes filios ea non ſcriptis, ſed voce ſingulis aetatibus docuerunt*; praeſertim Eccleſiaſtico edocti tradente; *non te praetereat narratio ſeniorum; ipſi enim didicerunt a Patribus ſuis* (d); ex quo concludit S.Johan.Chryſ. (e): *Eſt traditio nihil aliud quaeras*; cui adhaerere videtur Deſiderius Eraſmus, qui quamvis de ſanctioribus Eccleſiae placitis dubitet, ſic tamen circa particulares traditiones philoſophatur (f): *Ita modeſtiae Chriſtianae eſt non rejicere petulanter, quod piorum hominum Religioſa contemplatio prodidit, vel ad ſolatium, vel ad eruditionem credentium* (g). Quae ſane traditio non ſolum populari voci, ac famae innixa ſubſiſtit, ſed vetuſtiſſimae Eccleſiae Sancto Petro dicatae, cujus parietes ex ſolidiſſima ſtructura lateritii operis, eaque Romanorum more, texellata, cum duriſſima, incruſtatura, ad inſtar marmoris, ut nullum dubitationi locum relinquant, quin ad primaeva Eccleſiae ſecula ſint referendi; & inſuper aliis quamplurimis pri-

P ſcis

(a) *Vide Thom.Valdenſ.lib.2. de doctrin. Fidei cap. 7. art. 1. Illyr. Magdeburgenſ. Centur.1.lib.2.cap.20. col.161. Salmaſ. in apparatu ad lib. de Primat. Papae 6. S. Irenaeum lib.3.cap.3. Euſeb. lib.2. Hiſtor. cap. 14. S.Hieronym. in Epiſt. ad Marcellam. Arnob.lib.2.contra gentes.S.Epiphan. Haereſ.22. S.Johann. Chryſoſt. in ſalm.46. Paul.Horoſ.Hiſtor.lib.7. cap.6. S.Leo Sermon.1. de Natal. Apoſtol Theodor. cap.1. ad Roman. S Gregor. Turon. Hiſtor. lib.1. cap.25. Theodoſ. in Cod.leg cunctos de ſumma Trinit. & fid. Cathol. Baron. ad ann. Chriſt.39. cap.10. Bellarmin. tom.1. lib.2. cap.1. Le Card.Duperron. Arſcheveque de Sans dans le Replique a la Reſpone du Sereniſſime Roy delle Grand. Brettagne livre premier Oſſervaſion premiere cap 31. Leon. Allat. de Eccleſ. Oriental. & Occidental. deſcenſ.*

(b) *S.Ambroſ. Epiſt. 22. tom.1. §.12.*

(c) *S.Johann.Damaſcen. apud Ferrand. pag. 381.*

(d) *Eccleſiaſt.cap.8.verſ.11.*

(e) *S.Johann. Chryſoſt. epiſt.22. tom.1.*

(f) *Deſider. Eraſm. in explicat. Symb. Apoſtol. & decal. in artic. deſcendit ad inferos pag. 123. edit. Lugdun. Batav. ann. 1641.*

(g) *Vid. S.Auguſtin. Epiſt.86. ad Caſul. S.Gregor. Nanziaz. orat.1.*

ſcis monumentis, & manuſcriptis eidem rei fidem aſtruentibus, & luculentiſſime teſtantibus.

Moveri hic poſſet difficultas, quod tempore Diocletiani Imperatoris omnes Chriſtianae Baſilicae, Aedesque juſſae ſint deſtrui, ac ſolo aequari ejus edicto anno 302., ſive, ut aliis placet, 303. uti refert Euſebius (a): *Anno decimo nono Imperii Diocletiani Menſe Dyſtro (qui Romanis Martius nominatur) cum ſalutaris Paſſionis Dominicae Feſtum jam pro Foribus eſſet, omnibus in locis per Imperatoris literas palam indictum fuit, ut tum deturbarentur Eccleſiae, ſoloque aequarentur, tum ſcripturae Chriſtianorum abſumerentur igne, tum qui honorem fuiſſent adepti, de gradu turpiter deponerentur, tum privati, ſi modo profeſſione perſtarent, turpiter privarentur*. Quod occaſionem, anſamque dedit eruditiſſimo Cardinali Bonae affirmandi (b): *quae fuerit Eccleſiarum forma ante Conſtantinum, incertum eſt; nam Euſebius, qui eas juſſu Diocletiani ſolo aequatas ſcripſit, earum formam non deſcripſit*. Sed reſponſio in promptu eſt: enimvero cum Surrentini ea tempeſtate liberae Reipublicae forma uterentur, ac propriis legibus, & arbitratu cuncta adminiſtrarent, idcirco Imperatorum edictis non adeo enixe, & ex aſſe, ut ajunt, ſubjacebant; quod ſi id minime probetur, poteſt alia ratione difficultas ſubmoveri, ac objectioni conſuli, ſi illam Aediculam non plane funditus everſam dicamus, ſed parietes, & rudera, uti conſpiciuntur, intacta remanſiſſe; quae deinde Conſtantino Imperatore, reddita Eccleſiae pace Chriſtianorum pietas ob Principis Apoſtolorum memoriam eo loci reaedificare curavit. De reliquo juxta antiquiſſimam, & Apoſtolicam Eccleſiarum architecturam conſtructa eſt, ad Orientem ſcilicet ſpectans Altare Majus, porta vero ad Occidentem: *Ac primum quidem ſit Aedes oblonga ad Orientem verſus* (c); quemadmodum etiam animadvertit S. Germanus Patriarcha Conſtantinopolitanus (d); *Orientem verſus orare traditum eſt, ut reliqua ab Apoſtolis*; ait enim S. Baſilius (e): *Ideo nos orare Orientem verſus, quia Paradiſum quaerimus noſtram Patriam, quem Dominus in Eden poſuit Orientem verſus*. Quae tamen forma ſub Con-

(a) *Euſeb.lib.8.Hiſtor.Eccleſ.cap.6. Vid. etiam D.Auguſtinum lib.18. de Civit. Dei cap.52. de Perſecutionibus in Chriſtianos, & praecipue de hac Diocletiani agentem, & Leonardum Coquaeum, & Ludovicum Vives in hunc S.Auguſtini locum.*

(b) *Cardinal. Bona rer.Liturgicar.cap.10. num.4.*

(c) *Conſtitution.Apoſtolic.lib.2.cap.57.*

(d) *S.German.Patriarch. Conſtantinop. rer.Eccleſiaſticar. Theor.cap.8.*

(e) *S.Baſil. de Spirit.Sanct. cap.27.*

Constantino Magno, quoniam Pagani Christianis cavillantes obloquebantur, quasi Orientem Solem adorarent, sensim exolevit.

De eodem secessu S. Petri in has Provincias habetur Epistola Innocentii I. ad Decentium, in qua sic loquitur (a): *Praesertim cum sit manifestum, in omnem Italiam, Gallias, Hispanias, Africam, atque Siciliam, Insulasque interjacentes, nullum instituisse Ecclesias, nisi eos, quos Venerabilis Apostolus Petrus, aut ejus Successores constituerint Sacerdotes?* Antonius Caracciolus refert manuscriptos Codices antiquissimos attestantes adventum S. Petri Neapolim, & constitutum ab eo Episcopum Asprenum: *Tertio Codices MMSS. ego ipse vidi, legique permultos: & quisque alius poterit, qui diligenter Archiva, ac Bibliothecas excutiat Campaniae, Italiaeque. Recensebo equidem ad praesens aliquot solummodo prisco charactere insigniores. Antiquissimum sane, & ante octincentos propemodum annos (ut harum rerum periti judicant) literis Longobardicis scriptum habebat in suo Museolo amplissimus, idemque eruditissimus Urbini Archiepiscopus Paulus Aemilius Sanctorius, celeberrimi illius Sanctae Severinae Cardinalis ex Fratre Nepos. Alterum item aeque fortassis antiquum Codicem apud Divi Renati in Picentinis, aliquot Neapolitanos, Surrentinosque Divos enarrantem legerunt, atque scripserunt e nostratibus multi: ejusdem exemplum ante centum annos excerptum servat nostra Torensis in Agro Vicano Domus; nunc e divi Renati, alio exportatum fuisse prototypon audivi, ac plane indolui. Porro ambo hi vetustissimi codices vitam habent S. Asprenatis, sive, ut alii vocant, Aspreni primi Neapolis Episcopi, qua profecto si non eleganter, dilucide tamen, & distincte narratur, Beatum Petrum ab Oriente advenisse Neapolim: & Neapolitanae Ecclesiae a se fundatae praefecisse Episcopum Asprenatem. His quoque adstipulantur summo consensu vetera ejusdem Ecclesiae MMSS. Lectionaria, Martyrologia, Kalendaria, & Sacrae tabulae fide dignissimae.* Ludovicus Muratorius haec eadem in re profert (b): *Reperiuntur plane in ea Templa prisco structa aedificio; quoniam non solum a Constantino Piissimo Principe Augustorum Christianissimo, sed plures ante annos Christiana inibi Religio floruit. Siquidem Beatissimus Petrus Apostolorum Princeps Aspren sanctissimum primum* (ibi) *ordinavit Episcopum. Et Bartholomaeus Chioccarelli auctoritatem commode suppeditat Centuriatorum Magdeburgensium;*

(a) *Innocent.I. in Epist.ad Decent. tom. 1.Concil.Binii pag.*751.

(b) *Ludovic. Murator. cap.*1.*§.*5. *tom.* 2.*part.*2.*de Scriptor Ital.p.*1053. *colon.*1.

sium; *en ejus verba* (a): *Centuriatores quoque Magdeburgenses Haeresiarchae celebres* (ut ex hostium ore veritatem eliciamus) *qui veluti Sexti, & Pyrrhones de re qualibet dubitare, ac controversiam excitare non sunt veriti, in prima Centuria eorum Historiae Ecclesiasticae, de Aspren a Petro instituto Episcopo* (ut nobis relatum est) *sic ajunt*; *S. Asprenus Principis Apostolorum Simonis Barionae Discipulus, Tiberio Claudio Caesare Augusto Germanico, Neapolitanae Urbis ab eo consecratus Episcopus, feliciter Ecclesiam sibi concreditam docendo, ac propagando Christi verbum excoluit.*

Extat insuper vetustissimus MS. liber appellatus Hymnarius Ecclesiae Neapolitanae relatus a Chioccarello (b): qui sic de Aspreno accinit:

S. Petrus Apostolus
Dedit te nostro populo,
Et fecit te Episcopum
In nostro loco primitus.

Extat itidem lapis vetustissimus Neapoli, qui creditur fuisse Ara, in qua primum inibi litavit Sanctus Petrus; uti testatur Antonius Caracciolus, & innumeri ferme Scriptores (c): *Adde lapides duos, qui in Divi Petri ad Aram: quorum Graecis alter literis exaratus in dextro cornu Arae maximae cernebatur; ut testatur Petrus de Stephano lib. de Neapolitanis Ecclesiis: Latinus vero lapis haec habet carmina a Schradero libro de monumentis Italiae descripta, & evulgata*

Quod prima in Latio Christo pia colla subegi
Parthenope, haec Petri praestitit Ara fidem.

Extabat praeterea, his longe vetustior lapis, Turri Campanariae jam dictae Aedis confabricatus: isque adventum Petri Neapolim, hodieque praeclaro elogio testaretur, nisi Barbarorum exercitus, quo tempore ab eis capta, & possessa Neapolis est, hostili illum manu fregisset. Tantae tamen antiquitatis memoriam publicis tabulis conscribi jussit Carolus hoc nomine Primus Rex Neapolis. Et post pauca subdit: *Vera quippe, & constanti fama perhibetur, inque vetustissimis codicibus scriptum legitur, eo loco, qui non admodum a mari remotus, Principem Apostolorum, ubi navigio*

gio

(a) *Bartholom. Chioccarel. in Episc. Neapolitan. fol. 17.*
(b) *Idem de Episcop. Neapol. pag. 14.*
(a) *Anton. Caracciol. de Sac. Eccles. Neapol. monum. cap. 3. sect. 6. pag. 58.*

gio exſcendit, Divinum Sacrificium celebraſſe. In Breviario vero, ſive in Indiculo Praerogativarum Eccleſiae S. Petri ad Aram typis impreſſo anno 1744. pag. 19. iſta fuſius leguntur: *Fuora le mura della Città noſtra, già che nel primo ſecolo Chriſtiano con tutta l' ampliazione factane d' Auguſto, come vuole il Sommonte* (a) *Ella la Città di Napoli non diſtendeaſi oltre al Vicolo detto de' Carboni, la teſtimonianza degli antichi atti, e ſinceri di S. Aſpreno editi dal Chioccarelli* (b) *e ſerbati nell' antica Cappella del Teſoro, reputati genuini dal Cupero, Bullandiſta* (c) *e deſiderati tanto vederſi dal Tillemont originalmente* (d); *dagl' atti del Sant' iſteſſo inſeriti nella Cronica di S. Maria del Principio, publicati dal ſudetto Chioccarelli* (e) *e dal Sicola* (f) *e manuſcritti in bergamena nell' Archivio del Capitolo di Napoli; dagl' atti parimente del Santo medeſimo ſcritti da Alberigo, e divolgati dall' Ughelli* (g) *e da altri antichi, e moderni Scrittori, ci fa ſapere eſſere ſtata un' Ara de' Sacrificii degli Iddii della Gentilità; da taluni moderni creduta ſacra ad Apolline, e che in queſta il S. Apoſtolo ſacrificaſſe, dopo aver predicata, ed annunciata l' Evangelica Legge, e catechizzati i novelli credenti, dato il Batteſimo a S. Candida, e conſecrato il Veſcovo Napoletano S. Aſpreno. La qual coſa è molto propria, e ſoſſiſtente, mentre in un luogo fuora alle mura appunto diſſabitato, e non molto lungi dal mare, far tutto ciò potea S. Pietro francamente per non accadere ſotto agl' occhi generalmente di tutti gl' abitanti della Città, i quali perche gentili, ed addetti al culto delle Deità Pagane, di facile averebbono la di lui predicazione impedita. Or queſt' Ara Pagana divenuta Altare fu allogata ſopra ove oggi vedeſi l' Altare detto di S. Pietro nella mentovata Chieſa di S. Pietro ad Aram, e l' Altare ſudetto di S. Pietro, che di preſente ſi ravviſa a quell' antica Ara è per l' appunto ſocceduto. La primitiva Chieſa Napoletana avendola ſempre con oſſequio riguardata ancor fra il furore delle perſecuzioni è credibile, che in qualche Chieſuola l' aveſſe racchiuſa, poiche non ſolo nel ſecondo, e terzo ſecolo Chieſette Chriſtiane ritrovaronſi edificate, ma anche nel primo, come eruditamente moſtra*

(a) *Summont. Hiſtor. Neapol. lib. 1. cap. 4.*

(b) *Chioccarel. de Epiſc. & Archiep. Neapol. S. Aſpren.*

(c) *Cuper. Bullan. in Com. Crit. de Aſpren. tom. 1.*

(d) *Tillemont. Mem. Eccleſ. tom. 1. part. 2. Art. 40.*

(e) *Chioccarel. ibidem.*

(f) *Sicola in Vit. S. Aſpren. par. 5. obſ. 6.*

(g) *Ughel. Ital. Sac. tom. 6.*

stra il Bingamo (a). *Per la qual cosa bisogna conchiudendo credere, che l' Altare, il quale oggi si venera nella Chiesa di S. Pietro ad Aram, e volgarmente di S. Pietro vien detto, altro non è, che quell' Ara, in cui l' Apostolo venuto in Napoli sacrificò, e la qual Ara divenuta Altare, dalla pietà de' Fedeli conservata dovette essere racchiusa in qualche Chiesuola, quale poi renduta la pace alla Chiesa venne ampliata, e finalmente da PP. Canonici Regolari Lateranensi nella magnifica forma, che oggi si vede adornata, è ridotta*. Si itaque Neapoli supra omnem fidem certum est fuisse S. Petrum, ibique constituisse Episcopum Asprenum, valde credibile etiam est, ex nostra traditione Surrentum quoque appulisse, utpote Urbem mari, terraque illi propinquam, hicque non inconcussa suae benevolentiae reliquisse vestigia.

Quod vero Episcopus Surrentinus a S.Petro delectus in ipsis suae inaugurationis auspiciis Metropoliticam induerit auctoritatem, & facultate sibi ab Apostolo tradita alios creandi Episcopos in subjecta loca, & oppida potitus fuerit, *consonum rationi* reputat Patriarcha Antiochenus, nec ὑπερβολικὸν aliquod obtrudit, aut insolens. Quid quid in contrarium conetur garrire Milante, dicens: „ possem itidem adjicere Stabias nostras, easque rite opponere „ Surrento, cum inibi plura fuerint extructa Templa superius enu„ merata &c. (b) „ Quod quidem oraculum tamquam ex tripode a Milante pronunciatum tam falsum est, quamquod falsissimum; nonne S.Petri tempestate Stabiae a Lucio Sylla excisae, & ad incitas fuerant redactae? Nonne Templa, compita, fossae Stabienses calido adhuc sanguine redundabant, & eversae Urbis excidium, & ruinae plorabantur? Nonne Civitas ipsa pene dimota, & convulsa sedibus suis, suorum Civium in caede, & cruore natabat? Nonne paulo ante impresserat muris

Hostile aratrum exercitus insolens?

Nec quidquam reliqui, nisi ingens lapidum acervus erat? quomodo, igitur Stabiis, quae subversae erant, potuisset Petrus Episcopum praeficere, vel etiam si Diis, Metropolitam praeponere?

Cum-

(a) *Inficiati antea fuerant Vedelius in Exerc. in Ignatii Epist. ad Magnes.cap.4. num. 2., & Suicerus Thes. Eccles. voce* Ναός *tribus prioribus Ecclesiae seculis distincta ad cultum Divinum loca Christianos habuisse. At ad horum opinionem refellendam elaboratam edidit Dissertationem Medus, quem sequutus nonnulla insuper addidit Binghamus orig. seu antiqu. Eccles.tom.3. lib.8. cap.1.*

(b) *Pius Thom.Milant. Episc. Stabian. in Dissert. 2. fol. 98. vers. 8. de Stabiis, Stabiana Eccles.& Episc. ejus.*

Cumque ex adverso Surrentina Civitas deliciis maxime affluerer, & Coeli amoenitate, soli ubertate, aquarum, & aeris salubritate, Aedificiorum magnificentia, Nobilium splendore, situs felicitate, maris hospitalitate, ac ceteris fortunae bonis omnibus una omnium in Campania floreret, de qua ita loquitur Lucius Florus (a): *omnium non modo Italia, sed toto orbe terrarum, pulcherrima Campaniae plaga est. Nil mollius Coelo: denique bis floribus vernat; nihil uberius solo: ideo liberi Cererisque certamen dicitur. Nihil hospitalius mari*. Nec non Plinius (b): *Qualiter Campaniae ora per se felixque illa, ac beata amoenitas? Ut palam sit, uno in loco gaudentis opus esse naturae. Jam vero tota ea vitalis, ac perennis salubritatis Coeli temperies est, tam fertiles campi, tam aprici colles; tam innoxii saltus, tam opaca nemora, tam munifica sylvarum genera, tot montium afflatus, tanta frugum, & vitium, olearumqae fertilitas, tam nobilia pecori vellera, tot opima tauris colla, tot lacus, tot amnium, fontiumque ubertas, totam eam perfundens, tot maria, portus, gremiumque terrarum, commercio patens undique, & tamquam ad juvandos mortales, ipsa avide in maria procurrens*. Et pag. 52.: *Hinc felix illa Campania est; ab hoc sinu incipiunt vitiferi colles, & temulentia nobilis succo per omnes terras inclyto, atque* (ut veteres dixere) *summum Liberi Patris cum Cerere certamen*. Magnum propterea incitamentum esse potuit Apostolo, ut hanc elegantissimam Urbem, olim Picentinorum Civilem Metropolim, tunc temporis praestantissimam Rempublicam Romanorum favore pollentem Metropolitico cohonestaret honore, atque in adjecentes, subditosque sibi populos jurisdictionem Antistiti impertiretur, quando & alia multa Surrentinae Civitatis decora, & ornamenta id suadere videntur. Neque quidquam fastidii, aut negotii facessunt aliae Milante objectiones, nempe non reperiri Surrentum connumeratum inter reliquas Imperii Metropoles, neque in Geographicis tabulis, neque in Imperatorum Laterculo; nos enim omissis disputationibus circa Patriarchatuum, & Metropoliticarum Civitatum erectiones ab Apostolis factas, an fuerint ad normam Imperii divisionis distributae, an pro libito, & arbitratu eorundem praestitutae, quod vero similius esse ducimus; pro qua re inter doctissimos, eruditissimosque Theologos,

(a) *Lucius Flor. de Samnit. bel. lib.* 1. *cap.* 16. *pag.* 32. *edit Paris. ad usum Delphin. ann.* 1676.

(b) *Plin. lib.* 3. *cap.* 5. *pag.* 50. *edit. Lugdun.* 1587.

logos, imo & inter ipsos haereticos magnae excitatae sunt controversiae, adeo ut, si haec vel leviter attingere vellemus, orationis nostrae difficilius esset exitum, quam principium invenire. Satis superque est Surrentum, & Metropolim Picentinorum fuisse, & praeclarissimam, magnificentissimamque Rempublicam, simulatque Municipium, ac Coloniam; ob quas praerogativas, & ornamenta nihil illi impedimento esse potuisset, quominus ad Metropoliticam dignitatem evehenda non esset; imo quo ea potestate decoraretur maxima suppetere argumenta: nam quae hincinde disputant super hoc negotio Doctores, probabilibus tantum nituntur conjecturis, ut potissimum observare est in Ludovico Thomasino (a): *Adde quod verisimillimum est Apostolos, Apostolicosque verbi Divini Praecones a celeberrimis Romani Imperii Urbibus, & a Provinciae cujusque capite Evangelii praedicandi initium fecisse. Erat nimirum ex re, & in maximam Ecclesiae laudem vertebat, ibi maxime Idololatriam aggredi, & evertere, ubi plurimum poterat, & majore cum fastu florebat. Certissima spes erat, nullo negotio deturbatum iri minoribus locis, si semel esset majoribus depulsa .... quae causa fuit D. Petro, ut in maximis totius orbis terrarum Urbibus, Roma, Alexandria, & Antiochia Sedis suae Principatum collocaret. Scripsit Paulus epistolas praecipuis tantum cujusque Provinciae Civitatibus; quod argumento est plurimum laboris, & operae ab eo illis impensum fuisse. In Apocalypsi sua Johannes ad eas tantùm civitates mentem, calamumque convertit, quae tum insignes erant. Ipse Ephesi maxime commoratus est, quae totius minoris Asiae facile Princeps erat.*

Nemo melius, & accuratius hanc rem Abbate Benedicto Bacchinio tractasse visus est, qui sic fuse disserit de Metropolica Institutione (b): *Metropolitanum jus ab Apostolorum temporibus initia traxisse, seu Apostolos praedictos jus illud, quod postmodum Metropolitanum dictum fuit, constituisse, certis adeo argumentis probatum est, ut superfluum omnino sit plura addere in re, quae nullam patitur difficultatem apud Catholicos Scriptores, & quam doctiores etiam Heterodoxi defendunt. Cardo praesentis controversiae est, quam Petrus, Apostolique Ecclesias fundantes, aliasque aliis praeponentes formam secuti sint, an videlicet Imperii Romani politiam aspexerint, tamquam normam, an solius urbium celebritatis caussa,*

(a) *Ludovic. Thomasin. de vet. & nov. Eccles. Disciplin. circa Benefic. part. 1. lib. 1. num. 2.*

(b) *Benedict. Bacchin. de Eccles. Hierarch. origin Mutinae 1703. par. 1. p. 17.*

caussa, eorum prae ceteris fraequentiores elegerint, an potius illorum, qui ad fidem convertebantur primo, ac principaliter rationem habendam censuerint. Tria proinde necessario diligenter sunt pertractanda, quae si praetereantur, uti in hanc diem neglecta fuisse, videntur, impossibile est, veram harum rationem cognoscere. Primum est, qualis politiae secularis Romani Imperii status obtinuerit Apostolico Aevo, videlicet a Tiberii ad Trajani tempora. Secundum Respublica Judaeorum, quo loco steterit, quasque vices passa sit a Christi Domini morientis anno usque ad Hierosolymorum postremam destructionem Hadriano imperante patratam. Tertium, ordo propagatae Baptismi gratiae, & tempus fundatarum Principum Ecclesiarum collatum cum superioribus jam discussis. Ex quibus tandem emerget rei veritas, facileque procedi poterit ad posteriorem Ecclesiae disciplinam necessario primum ex rerum natura immutatam: inde ut ferunt hominum vices, nonnihil a nomaliis, & corruptioni obnoxiam. Ut itaque a priori de imperii Romani statu quaestione incipiamus sit &c. Et cap.1. pag.19. num.1. *Palmare ante omnia discrimen observare operae pretium est quo recentior orbis per Constantinum politica divisio a veteri Romanae Reipublicae regendi ratione, quam sequuti sunt Priores Augusti, diuque perdurasse constat, distavit. Etenim cum Magni Constantini aevo Dioecesis civilis ea dicta sit, quae pluribus ex Provinciis componebatur, e converso priori illo tempore Provincia in plures Dioeceses distinquebatur. Recentiori jure Provincia quaelibet suum Praetorem habebat in Provincia Metropoli residentem. Veteri vero pluribus Dioecesibus, quae Provinciam componebant, unus praeerat. Dioeceses singulae, conventus etiam dicebantur, eoque nomine intelligebantur Urbes quaedam, Oppida, Municipia, quae ad certum Dioecesis locum convenire solebant; vel si Provinciae Praeses suis temporibus jus publicum, privatumque dicebat. Dioecesibus, Conventibusque in Provinciis constitutis, factum est, ut late Romanis rerum Dominis, quum devictae Regiones in Provinciam redactae fuissent, ad Conventuum videlicet, & Dioecesium rationem compositis eorum judiciis, veteres gentium, & Regnorum fines sint confusi, & clarissimarum Metropolum gloria sit antiquata. Strabo de ea re nos monet lib.13. Phrygiae, inquit, & Lydiae, & Cariae, & Mysiae loca aegre distinqui possunt, quod inter se coeant. Ad eorum vero confusionem non parum attulere Romani, qui non ex gentibus eas diviserunt, sed alio modo Dioeceses descripserunt, in quibus fora agunt, & jus dicunt.*

Eidem sententiae consonat Dominicus Georgius nostri seculi Cl. Scriptor (a): *Etenim jam pridem a viris eruditis, & praesertim a Berxerio animadversum est, a Romana Ecclesia in Episcopis, & Metropolitanis constituendis imperii Romani politiam semper non fuisse servatam. Quamquod Petrus de Marca lib.1. concord. Imper. & Sacerd. cap.3. nu.2. & in Exercitatione de singulari Primatu Petri num.9. affirmat, Ecclesias ad exemplum civilis divisionis fuisse fundatas, & in iis constitutos Metropolitanos, quae Provinciae caput essent. Audi diversa scribentem Philippum Berterium distrib.2. cap.4. & 6. nimirum neminem esse, qui sibi persuadeat civiles Dioeceseon, & Provinciarum formas Ecclesiam in Episcopis, & Metropolitanis constituendis semper esse secutam.*

Quapropter a negotio alienum non est quid de Surrento, ejusque amplitudine, & dignitate scripserint sequioris temporis auctores enarrare: ut deinde ejus originis, & majestatis certiora, ac validiora petamus argumenta. Audi Capacium (b): *In amoenissimo Tyrrheni maris litore apricis hinc collibus celeberrimo, inde Crateris fonte septa Surrentina Civitas aedificii antiquitate, Nobilitatis monumentis, situs felicitate, contra Neapolim, in omnibus illi aemula sedet. Picentinorum olim Metropolis, qui Surrento ad Sylarum ad triginta millia passuum patebant, Regium quodadmodo nomen Campaniae gloriae splendore maluit commutare, & secundas partes post Neapolim, (qua in re cum Capua, aliisque Urbibus in publicis Conventibus contendit) quam primas in Picentinis obtinere. Quaenam vero ejus gloria Picentinis fuisset, quum Nobilitatis stemmata ad Neapolitanam amplitudinem accedere, & veluti germina in ejus Urbis glebis reflorescere debuissent. Habuit Neapolitana Nobilitas Surrentinae Nobilitatis adjumenta; habuit illustrium Virorum semina, quae hac nostra quoque aetate gloriae fructibus uberrime domi, forisque repullulant, ut si Cumanos habuisset Surrentum conditores, altera potuisset Neapolis appellari, quae tamen a Graecorum deliciis a Graecis condita non videtur esse aliena. Ab Ulysse enim conditam adserunt, (licet ea de re nihil certi possit afferri) conjectura tantum providentes Graecum Ducem aedificato Minervae Templo, Surrentinos colles, locique naturam admiratum, Surrentum, aliasque proximas Urbes condidisse. Annius in Pseudo Beroso sacrae Mulieri Imperiali originem Surrenti tribuit, verax ut in omnibus. Quid si ab Oscis, Opicisque antiquissimis*

(a) *Dominicus Georgius de antiq. Ital. cap.22. pag.184. Metropol. Exercit. Historic. Romae 1722.* (b) *Julius Caesar. Capacius lib.2.p.105.*

ſimis Campaniae populis, qui proximos quoque agros tenuere? Si vero aedificatorem ignoramus, antiquitatem nihilominus ex antiquis, quae in lapidibus, Hiſtoriarumque Scriptoribus ſuperſunt monumentis, optime cognoſcimus.

Idem vero: *Ma appreſſo vedrete forſi un giorno l'antichiſſima, nobiliſſima, e delizioſiſſima Città di Sorrento, che tra'l Piano, e'l mare, e le colline non ſi può fare giudizio ove abbia ſpaſſi, e commodi maggiori, eſſendo in tutti tre detti luoghi abbondantiſſima di quante grazie produce il Cielo. In fine è chiamata Città di Sirene &c. E nominatiſſima queſta Città per tutto, e ſolea dirmi Torquato Taſſo mio gran padrone, che da queſta Città trahea l'origine, che ſe in alcun modo il ſuo ingegno traſcendea, e maſſime nelle delizie delle Muſe tutto gli parea avere ereditato dall'ameniſſimo Cielo di Sorrento, edificato a i piaceri, e dalla tranguillità dell'animo tra il mare, che in ogni tempo ha un aura ſalutifera, e tra i colli, che dal furor de' venti la difendono, copioſiſſima d'ogni qualità di frutti, ed acque, le quali mi dipingeva per criſtalline, delicate, ghiotte, e che ſenza far danno mai incitavano a bere ancor che non ſe n'aveſſe voglia; Nobile sì, che in gran parte la Nobiltà Napolitana da lei deriva, ripiena di tanti uomini illuſtri in armi, ed in lettere, ed in Prelature. Ove i peſci per numero, e per eſquiſitezza ſono proprio parto di Teti, e Nettuno, e la cacciaggione di ucelli fa invidia a quanti poteſſe averne ogni parte della terra. Ove gli edificii, ed i giardini compongono un teatro di bellezza, e ſuavità, di manierache in neſſuna Regione ſi gode un luogo più felice, e beato &c. Quel nobiliſſimo ingegno diſſe molto bene, ancorche molto poco riſpetto a quelche può dirſi dell'inclita Città di Sorrento, e nel reſto delle ſue grandezze vi rimetto a quel che ritrovarete nella mia Iſtoria Latina.*

Audi Octavium Beltranum (a): *Nobiliſſima, & antichiſſima è queſta Città, e come ſcrive Iginio fu edificata da Greci, e ſecondo altri da Uliſſe. Fu chiamata Sirento dalle Sirene, che quivi molto tempo abbitarono, come dice Plinio: la cui grandezza appare dagl'edificii, che oggi ancora ſi veggono. Vi ſono i Tempii di Cerere, della Fortuna, e di Minerva edificati da Uliſſe, come dice Strabone. E che già ſia ſtata abbitata dalle Sirene, chiaramente ſi dimoſtra da quelche ſcrive Plinio, così dicendo: Surrentum cum Promontorio Minervae Syrenum quondam ſede. Il medeſimo afferma*

(a) *Ottavio Beltran. nella deſcrizzion. del Regn. di Napol. diviſo in dodeci Provincie nell'ann.* 1644. *e proprio nelle deſcrizioni di Terra di Lavoro pag.*143.

ma il Pontano nel 6. libro delle guerre di Neapoli. Fu questa Città Colonia de' Romani, e vien molto lodata da antichi Scrittori, per la temperie dell'aria, & amenità del Paese, e particolarmente da Marziale. Sono oggi avute in preggio le vitelle, siccome i saporosissimi vini. Quando questa Città fosse stata ornata di Sedia Vescovale, ed Arcivescovale non si sa, solo questo diremo, che S.Gregorio Papa nel primo lib. delle sue Epistole num.52. fa menzione di Giovanni Vescovo Sorrentino. E nella consegrazione della Chiesa Cassinense, che fu nell'anno 1071. fra gl'altri Prelati, ed Arcivescovi vi intervenne l'Arcivescovo di Napoli con quello di Sorrento. Ella è non poco illustre per li miracoli di S. Antonino Abbate, il cui Corpo giova a coloro, che sono tormentati dagli spiriti maligni. Vi sono i Corpi de' SS. Renato, Valerio, Attanagio, e Bacolo Vescovi di questa Città. Fassi menzione nel Martirologio de' SS.Quarto, Quartillo, Quartilla, e Marco, ove ul presente sono venerati i loro Corpi. Nacquero in Sorrento Nicolò Acciapaccia Vescovo di Tropea, e poi Arcivescovo di Capua, il quale da Eugenio IV. fu creato Cardinale del tit. di S.Marco. Roberto Acciapaccia Arcivescovo di Sorrento. Tomaso Acciapaccia Conte di Belcastro, di Cerchiara, e Casalnuovo. Gabriele Correale Duca di Castellamare, di Vico, e Massa; Marino Correale il fratello Conte di Terranova, Antonio Orefice Presidente del Consiglio, Pietro Paolo, e Scipione Teodoro, Gio:Francesco Brancia Regii Consiglieri, Ferrante Brancia (che oggi vive) Regente di Cancellaria, e Duca di Belvedere, Zaccaria Guardati Consigliero, e Luogotenente del gran Cancelliere, Torquato Tasso famosissimo Poeta. Fu similmente Arcivescovo di questa Città F.Giuseppe Donzelli dell'Ordine de' Predic. detto il Lemosiniero, assonto a questa dignità da Gregorio XIII. amandolo grandemente per le sue molte virtù; e perciò mandollo Nuncio al Gran Duca di Toscana, e finalmente lo fe Governatore di Roma. Morì in Lucca con opinione di santità. Vive oggi in Napoli Giuseppe Donzelli suo Pronipote Filosofo, e Medico, ed emolo delle sue virtù.

Audi Scipionem Mazzella (a): *Vicino a Napoli è la Torre del Greco, prima detta Herculea da Hercole, che vi capitò con molte navi, dopò viene la Nunziata vicino all'antica Stabia. A questi luoghi soprasta il celebre monte di Somma detto Vesevo, & Vesuvio, intorno a quale s' abbitano Ville molto amene, eccetto che nella*

(a) *Scipione Mazzella nella descrizione del Regno di Napoli pag.16. Edit. ann.* 1601. *in Napol.*

la cima, perilche finsero i Poeti star detto monte sopra le spalle del Gigante Porfirio. Ne' tempi di Tito Imperatore con ispavento universale di tutti i Campani, e rovina de' suoi più vicini buttò fuori della sua sommità grandissime fiamme di fuoco, e globbi di miniere sulfurie, e sassi ardenti, dove morì Plinio gran conservatore de' vocaboli Latini, mentre volle vedere l'esalazione grande di tal monte, che buttò la cenere insino in Africa. Seguitando più oltre trovasi la Città di Castel a mare di Stabia così nominato da Stabia Città, che era non molto discosta, che fu da Lucio Silla destrutta; egli è posto questo Castello in un cantone del monte Gauro, ove comincia a sporgersi verso l'Occidente, che fa il Promontorio di Minerva. Quivi distante un miglio per l'amenità del luogo vi edificò un nobile palazzo il Re Carlo Secondo chiamandolo per la salubrità dell'aria Casa sana, che poi il Re Ruberto l'ampliò dandoli maggior bellezza, ed ornamento, il quale luogo oggi si possiede dalla Nobil Famiglia Nocera, per averlo donato il Re Ferrante I. a Pietro Nocera suo favorito Capitano, che fu poi per il suo valore dal Re Ferrante II. fatto Generale delle Galee. È questo Paese molto abbondante di chiare acque, e fertile di ottimi frutti, e per l'aggevolezza del luogo è molto traficante: secondo la divisione di Strabone, di Tolomeo, e di Sempronio verrebbe ad esser posta questa Città nel Paese de' Picentini, che ora Provincia di Principato chiamano; ma noi ci è piaciuto di porla in Terra di Lavoro per star ella situata nel Golfo Cratero. Poco appresso si vede la bella Città di Vico edificata da i popoli Equani; indi siegue Sorrento Città molto antica, e Nobile; ella è posta sopra il monte, che risguarda il mare. Benchè non sia ora di quella grandezza, che era prima. Ha ella un molto dilettevole, e fertile territorio, ornato di viti, d'arangi, e di altri fruttiferi alberi. Fu edificata questa Città da Greci, e fu chiamata Petra Syrenum. Ebbe questa Città Antonino Abbate huomo santissimo, e di miracoli famoso, il cui Corpo finora fa in segno della sua Santità miracoli verso quelli, che sono oppressi dagli spiriti. Poi da Sorrento un miglio appare la Città di Massa di nuovo nome, alla quale ha dato, e tutta via da gran fama Paolo Portarello eccellente Poeta, e grand' Umanista. Quindi poi si vede il solingo monte Atheneo, il quale per non esser congionto con altro monte si stende in lungo verso Ponente, ed è chiamato altrimenti monte di Massa, fu ancora detto Prenusso, Sirreo, Minervio, e colle Equano; nell' estremo del Promontorio si vede in gran parte il Tempio di Minerva edificato da Ulisse. Nel voltare del detto Promontorio

torio

torio vi sono certe Isolette deserte, e sassose nominate le Sirene, in una delle quali da quella parte, che riguarda a Sorrento ne' tempi antichi si vedeva un ricco Tempio, ove erano alcuni molti antichi doni, già presentati dagl' Abbitatori del Paese per venerazione, e riverenza del sacrato luogo, del quale oggi vi sono i vestigii. Quivi finisce il Golfo, chiamato Cratere chiuso da due Promontorii, che guardano verso mezzo giorno, e sono il Miseno, e l'Atheneo. Il qual Golfo è quasi tutto adornato di edificii, e di giardini bellissimi, al cui incontro s'erge fra l'onde l'Isola di Capri prima delizie di Tiberio Cesare, ed or luogo destinato a relegati; ivi si fa due volte l'anno la caccia delle quaglie.

Audi Aloysium Contarini (a): *La bontà dell'aria, l'amenità del sito, e la fertilità del territorio di Sorrento, Città Metropolitana, e già fondata da Greci, son cose tanto note a ciascheduno, che è soverchio il parlarne in così angusto luogo. Sono celebri tra le altre sue cose i vini per essere lodati dagl'antichi Scrittori, e specialmente da Marziale, e molto più son oggi avute in preggio le sue vitelle, siccome anche le carni porcine. Patì notabilissimo danno dall'armata Turchesca nell'anno* 1558. *che passando a richiesta del Re di Francia prese a saccheggio questa Città, mandandone via schiavi più di dodeci mila persone. Ella è non poco illustrata da miracoli di S. Antonino Abbate, il cui Sacro Corpo giovevole a tutti coloro, che sono oppressi da spiriti immondi, quivi si conserva.*

Audi Marinum Freccia (b): *Surrentum Syrenum primo Sedes, Graecorum Urbs, Coeli benignitate fulcita, aeris salubritate, & amoenitate loci inter primarias orbis Civitates.* In lib. Coloniorum sic scriptum est: *Surrenti Ager ex occupatione tenebatur a Graecis ob Minervae consecrationem: sed & mons Syrenaicus limitibus pro parte Augustanis est adsignatus. Ceterum insoluta remansit. Iter populo debetur: a Syllio Ptolomeo, Plinio, & aliis Scriptoribus celebratur, vini bonitate laudatur, Caesarem Tiberium Medicorum sententia vina Surrentina ex eorum nobilitate laudasse, & in Urbe Roma certare cum phalernis, Sectinis, & Calenis; & Ulp. disseruit in lib. fin. de vino tri. & oleo legato. Olim Respublica sub Ducibus, & Consulibus, sub dominio postmodum Regia Urbs nobilissimas habet Familias, ut etiam legimus in libello Nobilium Familiarum, & Civitatum. In suo Promontorio veterrimum ostendit*

(a) *Aloys. Contarin. in compen. Histor. Regn. Neapolitan. Edit. Venet. ann.* 1613. *pag.* 225. *Ubi adest opusculum Thomae Chost.*

(b) *Marin. Frecc. de subpheud. lib.* 1. *pag.* 58.

dit Templum Syrenum, erant Surrenti Praetoria habitatione, ut Doletus in 1. *lib. dicit, calyces etiam Surrentini secundum Martialem: Surrentina bibis, nec myrrina picta, nec aurum sume, dabunt calyces haec tibi vina suos. De situ & limitibus Urbis Surrentinae & quantum se protendunt, Ambrosius in Chronicis Nolanis: Sinus Crateris, vel Surrentinus ex Pomponio, Strabone, & aliis. Patronos gloriatur habere in Coelis Divum Antoninum Martyrem* (Mendum pro Divo Antonino Confessore, & Abbate.)

Audi Petrum Gravina (*a*): *Surrentum delicias meas inter crepusculum, & primam facem delatus sum, ea quidem felicitate, qua solent qui elegantiores Musas, neque aversas, neque adversas habent. Inveni hospitem supra votum aptissimum, hospitem hilarem, & Martium puerum meum gaudio exilientem. Hac Syrena dulcissima non utar modo, sed fruar; nec puto angulum quempiam orbis terrarum a sole illustrari hoc ipso dulciorem. Invideo hujus loci incolis merito saepe gloriantibus nihil esse hoc Coelo, hac terra, hoc mari amoenius, salubrius; nihil aspectu, ac genio, & fortuna loci suavius, suamque nobilitatem ita extollunt, ut adseverent, originem aliunde non habere, sed quasi cum natura perpetuam fuisse, nec unquam nisi cum fine Orbis defuturam. Dispeream, si mihi haec omnia tamquam cuidam perdito amatori, non facile persuadeantur. Quid quaeris? Nihil video, nihil audio, nihil sentio, nisi laude, & admiratione dignum, ut veniam in sententiam naturam hic se cupidius, quam alibi indulsisse.* Et Epistola ad eundem Tranquillum (*b*): *Et terra, & mari uno die prospere me Surrentum appulisse alteris meis literis significavi. His tibi vero nihil aliud habeo quod scribam, nisi quod irascor mihi, qui tam male feriatus, & consultus fuerim per tam longam vitam, ut alibi, quam hic vixerim; ubi secessum quendam visa est, & quasi ex composito fecisse natura ad omnes, quibus humana mens oblectari possit voluptates. Nunc primum experior, quam dulce sit Ovidianum illud*

Vive tibi, bene qui latuit, bene vixit, & intra
Fortunam cupiat quisque manere suam.

At hic latere nemo potest, sed Deorum vitam aemulari, & cum rerum natura loqui, & immortalitate frui. Utinam mihi id felicitatis contigisset in vita, ut nulla tamen turpi culpa perpetuum mihi, ac necessarium hic datum fuisset exilium; ut etiam si voluissem, hinc abire non possem. At invitis, & nolentibus nulla voluptas

(a) *Petrus Gravin. Epist. data ad Tranquill. Can. Neapol. pag.* 111.

(b) *Petrum Gravina Epistol. ad Tranquil. pag.* 117.

ptas est; imo quoties potionem respuentibus postquam hauserunt, quae secuta est sanitas jucunditatem attulit? Et si qua fuit saepe illata vis, omni postea libertate fuit carior. Dices cur non idem, quod tu multi sentiunt? Quia multi (ut Ciceronis verbis utar) morbo aliquo, & sensus stupore, quemadmodum suavitatem cibi non sentiunt, sic verae voluptatis gustum non habent. Mea Surrentina Lucubratio est in cursu satis prospero, & ni fallor bonis ingeniis placitura: absolveretur omnino citius, ni genius loci amoenissimus, ad se oculos, cogitationes, reliquos sensus, denique mentem ipsum traheret. Vale. Quae etiam his carminibus espressit idem Gravina

Naturae gaudentis opus, dulcissima tellus,
Quam Driades blandae, Nereidesque colunt.
Surrentina quies vitae celestis imago,
Qua nulla est oculis gratior ora meis.
Non Eurus ruit, atque notus, non Africus urget,
Sed Zephyri molles alta vireta fovent.

Cui adnectere Virgilianum illud haud abs re erit. (a)

Adsis, o Cytharea, tuus te Caesar Olympo,
Et Surrentini litoris ora vocat.

Audi Bernardum Tassum patrem Principis Italorum Poetarum (b). *Vi dico, che con buona grazia del Principe mio lasciata la vita attiva, e quelle faticose, e travagliose operazioni mi son ritirato a Sorrento Città piena di antiche Famiglie, di Nobilissimi Gentiluomini, e sopratutto tanto amici, officiosi, ed umani verso i forestieri, che veramente si può dir che sia l'albergo della cortesia. Ella è dal seno d'un piacevolissimo mare da Napoli divisa, la quale sopra un'alto colle sedendo quasi vaga, che ogn'uno rimiri le sue bellezze si mostra a riguardanti; dove par che la natura più larga e più liberale, che in verun altro luogo del Mondo stata sia, e di renderla bella, e dilettevole si sia affaticata. La delicatura, e novità de' frutti, la varietà, ed eccellenza de' suoi vini; la bontà, e quantità de' suoi pesci, la tenerezza, e perfezzion delle sue carni, è oltre ogn'umano desiderio degna di commendazione, e di maraviglia. L'aere è sì sereno, sì temperato, sì salutifero, sì vitale, che gl'uomini, che senza provar altro Cielo ci vivono, sono quasi immortali. Che più? Le mura che la natura quasi gelosa di così prezioso tesoro sono di montagne eminentissime, le quali sì verdi, sì fiorite, e sì pie-*

(a) *Virgil. in Catalet.*
(b) *Bernard. Tass. nelle lettere ristampate in Venezia l'anno* 1544.*lib.*1.*let.*86. *a Messer Marcanton. d'Amura fogl.*139.

piene di frutti si mostrano, che non invidiano a Venere i più vaghi giardini di Paso, o di Gnido, e le Najadi, che mal volentieri colle loro fonti le sommità de' monti sogliono abbitare vaghe della bellezza loro per ogni falda versano con urna di argento freschissime, e pure acque, le quali a gara con un dolce mormorio scendendo difendono le erbette, e le piante dall'ira di Sirio, allorchè colle fiamme sue in ogn'altra parte arde la terra. Ne per altro i Poeti questo essere albergo delle Sirene favolosamente finsero, se non per mostrare, che tant' erano le delizie di questo Paese, che se l'huomo tirato dall'amenità, e piacevolezza sua vi veniva ad abitare, non si sapendo dal visco, e dalla rete di questi piaceri sviluppare, vi finiva i giorni suoi. Il Palazzo di Pollione, il Tempio di Minerva, il Capo di Cerere, i Teatri, le Terme, i Colossi, le Statue, e l'altre reliquie dell'onorata antichità dimostrano in quanto preggio, ed estimazione tenevano i Romani questo luogo.

Audi Marchionem Mansium (a): *Essendo Ippolita de Rossi sua sorella maritata, come si è detto ad Onofrio Curiale Cavalier Sorrentino, ella tirata colà dall'amorevolezza della sorella, e Bernardo dalla piacevolezza della Città, (la quale credettero i Romani, e credesi tutta via essere la più dilettevole dell' Italia) &c.* Et paulo post idem Auctor de Torquato loquens subdit: *Ma tutto che egli fosse per l'opportunità, che detta si è, nato in così antica, e nobil Città, qual'è Sorrento, come quella che conserva finora le reliquie non men dell'ammirabili magnificenze, che del più chiaro sangue Romano, e che ne' suoi passati tempi, prima che il Reame di Napoli fosse soggetto a i Re, fu anche ella Republica assai famosa, avendo soggiogate le circonvicine Città, e mossa talvolta guerra alle più lontane.*

Audi Johannem Baptistam Pacichelli. *Sorrento è una delle antichissime Città dell'Italia; essendo alcuni, che vogliono averla edificata Ulisse da quelche ne scrive Strabone nel Q. della Geografia, che dice nel suo Promontorio edificasse questi il Tempio di Minerva, detto dagl'antichi Ateneo; e sono le sue parole della comune traduzione: Pompejis contiguum est Campanorum Syreum: altra versione legge: Surrentum, unde Athenaeum, idest Minervium imminet, quod quidam Praenussium nominant Promontorium. Extat autem in extremo ejus Sacellum, quod Ulysses aedificavit &c. E quest' opinione parche l'avvaloraffe Frontino nel lib. delle Colonie dicendo: Surrenti Ager ex occupatione tenebatur a Graecis ob consecrationem Minervae, secondo legge il Cluverio; Sicchè quelli, che consecrarono*

(a) *Marchio Mans. in vit. Torquat. Tass. part. 1.*

ſecrarono il Fano di Minerva, furono quelli, che occoparono il campo Sorrentino, e queſti ſecondo l'antedetto Strabone fu Uliſſe; dunque Uliſſe, e Compagni parche edificaſſero Sorrento. Fallitur hic Pacichelli; nam ante Ulyſſem jam Surrentum extabat, ut paulo poſt dicetur.

Audi Johannem Baptiſtam Carafa (a): *Sorrento Città antichiſſima, e nobile, fabricata da Greci, come ſcrive Igino, e fu detta Syrento da le Syrene, che vi abbitarono; la cui grandezza ancora appare dagl'infiniti edificii, i quali ancorche il tempo l'abbia conſumati, pur vi ſi ſcorgono le reliquie, che ancor ritengono l'antico nome, come è il Tempio di Cerere*.

Audi Camillum Eucherium de Quintiis (b):

At mecum Euboicis currat qui Caerula lembis:
Nuper & Aenariae Thermis, & Hydraumate laeſum
Paulatim, ut reparet ſub aprico ſidere robur;
Non hic Theſſalicis, non hic Phaeacibus agris,
Heſperidumve hortis blandae Columelidis oras,
Aruaque poſt habeat: plena hinc qua fertilis aluo
Planitiem Pomona, atque hinc Thetis explicat undas;
Et Surrentinis blanditur collibus aequor.
Hic mihi dulce moras traxiſſe; habitataque Muſis
Litora, Parthenio Muſas praeeunte, licebit,
Incolere, & doctas revocare ad tecta ſorores
Columelidis (c).

Audi & P.Nicolaum Parthenium Giannettaſium (d): *Scutulo monti nomen vulgo factum eſt, quem ut primum ſuperaveris ſtatim Surrenti ſinus laxati inſtar arcus ſeſe oculis aperit proſpectu tam amoeno, tam pulcro, ut nihil ſupra. Gemini in utroque cornu, humiles in medio colles ſinum univerſum ambitu quatuor millia ferme paſſuum complectuntur; ſupra colles Aequa Planities patet; tot vicis, ac villis habitata, tot frequens aedificiis, tot conſita arboribus, tanta varietate, & elegantia, ut tota quanta eſt unum Pomarium videatur: Altiores illum colles alii coronant, qui & ipſi ſylvis, ac villis ornatiſſimi pulcherrimo quaſi theatro, theatrum ambiunt. Ad extremum Surrentum eſt Urbs tum Nobiliſſima, tum anti-*

(a) *Johan. Baptiſt. Caraf. de Surrentin. orig. lib.* 1.

(b) *Camill. Eucher. de Quint. Societ. Jeſu. Inarime, ſeu de Balneis Pithecuſar. lib.* 6. *circa finem. pag.* 316.

(c) *Columelid. Monſtrat. La Cocomella Villa in Sorrento, ubi domicilium Societatis Jeſu Patribus.*

(d) *P.Nicol.Pathen.Giann. in ann.erudit. & aeſtat. Surrent. lib.* 1.*cap.* 1.*pag.* 3.

antiquissima, quae ob loci delicias Syrenum domus, a quibus nomen sortita est, haberi meruit.

Qui alibi oram maritimam Surrenti graphice describit (a): *Est autem Surrenti ora, quae dimidii speciem prae se arcus ferens, ad orientem Solem convertitur, primo mane quam maxime amoena, & vel ad salutares auras carpendas, vel ad animum relaxandum per quam commoda; siquidem eminentibus circum collibus adumbratur, ut nonnisi ad multam diem illustretur a Sole: colles longa virentium arborum corona praecincti diutius Solem arcent, temperiem fovent, otia promovent, ac pulcra oculos scena suspensos tenent. Praeterea iidem colles non aclines clivo, sed erecti, turritique a mari assurgunt, specubus plurimis tractim excavati, atque intercisi, quas quidem specus partim hominum industria factas, arbitror, partim vi, atque injuria sibi mare aperuisse, partim ludentis opus esse naturae: in quasdam aditus phaselis patet, in quasdam vero minoribus cymbis: ubi ingressus fueris frigidulus aer, fragrans musci vernantis odor, quem herbidae cautes exhalant, perlucidi, placidique fluctus, atque ipse pendentium saxorum horror, mireque varians in singulis situs, mirum sane quantum animos recreet, ac sublevet. Ubi Collis, abscissis hac, illac rupibus, a summo vertice ad imum usque vestigium intercisus prospectu mirabili, variante veluti scena, vel pascit oculos, vel delectat animos. In speciem caveae sinum mons aperit, inflexusque in helicem sensim coarctat, totumque mari pervium facit; pendentibus hinc, illinc ambitur scopulis: supra arboribus coronatur, medio vestitur fruticibus aequoreis, imo herbulis amicitur; atque interdum labente desuper rivo submurmurat. Pulcra quidem scena, atque haud scio, an melius illam variare natura potuisset. Non desunt extenti per oram sparsim scopuli, partim nativi, partim ex fatiscente prae vetustate monte collapsi; habent enim vel saxa ipsa senectutem suam, qua sensim labascant: qui scopuli herbosi, & molles, & qua haerentibus echinis distincti, qua discoloribus conchis interpicti, pulcherrimi visu, amoenique sunt. Horum unus e medio mari altissimum in conum fastigiatus adsurgit: pharum diceres, quae toti orae ad speciem praeluceat. Tractim etiam prominentibus hic rupibus se se mons porrigit: cedentibus ibi, reducit, commodumque orae locum concedit: nempe ut sit accessibilis, placeatque varietate. Quae prae aliis exporrecta magis prominet rupes perforata utrinque est, marique pervia: qua subterraneo veluti isthmo perfosso, ex uno in alte-*

(a) *Idem lib. 1. cap. 3. pag. 16.*

alterum ſinum breviſſimo compendio pertranſitur : luſeritne hic etiam natura , an ars inſudaverit , an ſaevientis ſit opus maris ; ut crebra undarum verberatione deſaeviens rupem perfregerit , ſibique aperuerit , incertum eſt . Ita vero terebrata rupes eſt , ut ex adverſo ſpecus reſpiciat Pompejos ; hinc rupem ſubeuntibus videre licet Urbem in conſpectu ſtatim apparentem , ac veluti manu praenſari : ut accidit , ubi deductis de repente ſcenis , illico nova , ac inopina rerum facies se se oculis offert : quod ſane per quam jucundum viſu eſt ; atque hinc facile animum induco , ut credam , tam mirabilis operis artificem fuiſſe naturam , quippe quae non temere , ut caſus, ſed conſulto operatur : in hominum enim vel oblectamenta , vel commoda tota imminet . Tandem talis eſt Surrenti ora , qua Orientem, qua Occidentem ſpectat , tum amoenitate , tum pulcritudine , tum etiam temperie , ut nihil ſit omnino quod poſſit accedere .

Et in Autumnis Surrentinis (*a*) :

Parte alia , occiduo qua ſol lavat amne quadrigas ,
Et Surrentini se se pars altera Circi
Incurvat , glauca collis praecinctus oliva
Adſurgit : ſenſimque jugum demiſſus in undas ,
Arcton in adverſam ſpectat , Portusque Dicarchi .
Planitie in prima, quam juxta attollitur alto
Vertice mons , ſaxo conſurgunt facta vetuſto
Moenia Syrenum felicia , quae cava circum
Praecingit vallis rivo perfuſa ſonanti .
Vitiferi circum colles , ſylvoſaque Tempe ,
Et rura , & virides horti , fontesque coronant .
Urbs exculta loci Genio : gens more paterno
Comis , & officiis animos edocta mereri .
Nempe refert mores Syrenum , animumque benignum .

Ut ſilentio praetereamus Villanum , Colennucium , Conſtantium , Caracciolum , Sanfelicium , Summontium , Campanam, Coſtum , Chioccharellum , Borrellum , Albertum , Viterbienſem , Molignanum , Toppi , Nicodemum , Ciarlante , Troylum, & innumeros alios in eandem rem conſpirantes . Audiſti Milante quot , & quanta congeſſerunt in Surrentinam Urbem encomia Scriptores , & qualibus illam cumulate laudibus extulere . I nunc, & novis illam appetere, ſi potes aude cavillis , Stabiaſque *prae Surrento* anteferre contendito . Quis autem adeo blennus, aut ſtupidus eſſe poteſt , quin intelligat haec omnia ad Surrentinae Urbis ſplen-

(a) *Idem lib. 1. cap. 1. pag. 6. in Autumn. Surrent.*

ſplendorem ita collimare, ac pertinere, ut convenientiam quam maximam habeant cum illius Eccleſiaſtica amplificatione, & dignitate.

Surrentinorum originem ſi quis ſcire velit, eam Graecam fuiſſe communior opinio fert,& fama pervagatur ita Johanne Baptiſta Carafa in Hiſtoria Neapolitana, & P.Nicolao Parthenio Giannettaſio judicantibus (a) his verbis: *Eſt autem Surrentum antiquiſſima Italiae Urbs, quam Graecum quondam ducem (& hunc Ulyſſem nonnulli fuiſſe putant) aedificaſſe ferunt.* Samuel Bocardus a Thelebois extructam Cadmi poſteris opinatur (b), de quibus Virgilius;

Nec tu carminibus noſtris indictus abibis,
Oebale, quem generaſſe Thelon Sebethide Nympha
Fertur, Theleboum Capreas cum Regna teneret
Jam ſenior.

Capreas enim a *Thelebois habitatas fama eſt*, inquit Cornelius Tacitus (c); Quae cum freto vix quatuor mille paſſuum a Surrentino Promontorio diſterminentur,aequum eſt credere, ac conjectari, eosdem Theleboes Surrentum quoque commigraſſe, eique dediſſe cunabula; ſed ut penitius ejuſdem Civitatis introſpiciamus primordia, clariorique ordine, ac indagine veritatem quoad fieri poteſt, e tot Antiquitatis tenebris latebriſque, ac veluti profundiſſimi gurgitis puteo educamus; primos Italiae Incolas (cujus Surrentum inter vetuſtiores Urbes connumeratur) Siculos fuiſſe tradit Halicarnaſſeus his verbis (d): *Urbem terrae, mariſque totius Principem,quam nunc Romani habitant,primi in omni memoria tenuiſſe dicuntur Barbari Siculi,gens indigena. Superiore vero tempore alios ne colonos habuerit, an inculta fuerit, nemo poteſt certo dicere. Aliquanto poſt pulſis longo bello antiquis Dominis, Aborigines eam occupant, qui primum in montibus paſſim ſine moenibus vicatim habitaverunt. Sed poſtquam Pelaſgi, & ceterorum Graecorum nonnulli ipſis admixti opem in debellandis finitimis tulerunt, exacta inde Sicula gente, oppida crebra muniverunt.* Et in 2. lib. de Urbe loquens, ait: *Qui vero eam omnium hominum, qui memorantur, primi tenuerunt, erant Barbari quidam indigenae, qui Siculi vocabuntur, & qui multa alia Italiae loca occuparunt, quorum non pauca, nec obſcura monumenta ad noſtra uſque tempora* ma-

(a) *P.Nic. Parthen. Giannet.in Hiſtor. Neap.dec.1.lib.2.pag.34.*
(b) *Samuel. Bocard. part.2.*
(c) *Cornel. Tacit. Annal.lib.4.*
(d) *Dionyſ.Halicarnaſ.lib.1.pag.7.Edit. Lipſiae 1691.*

manent; inter quae sunt etiam locorum quaedam nomina Sicula primae illorum habitationis indicia. Siculos expulsos exceperunt Aborigines, & Oenotrj, sive Pelasgi, ut idemmet Halicarnasseus citato loco docet: *Aborigines vero oriundi ab Oenotria, qui incolebant totam illam oram maritimam, quae a Tarento Paestum usque protenditur, his inde pulsis, qui locum occupabant*. Hi quidem Aborigines, sive Oenotrj, Tyrrheni quoque dicti sunt & Thusci, atque Etrusci e Lydorum finibus huc appulsi, uti autumat Strabo (a): *Tyrrhenos itaque Romani Etruscos appellant, atque Tuscos: Graeci vero a Tyrrheno Atyos Filio, qui ex Lydia Colonos hanc in Regionem, sicuti traditur, dimisit; Atys enim ex Prognatis Herculis, & Omphales unus cum sterilitate, & fame populum emittere cogeretur e duobus filiis, sorte facta, Lydum quidem Regni Successorem tenuit, Tyrrheno autem majorem appellans populum foras abire jussit; hanc ille tandem ingressus oram de suo vocavit nomine Tyrrheniam*. Herodotus insuper ab eodem Halicarnasseo relatus addit: *Tyrrhenum fuisse filium Atyos, hunc vero Masnae filium, & Moeonis in Italiam non sponte migrasse. Aty enim regnante, sterelitatem, ac frugum inopiam in agro Moeonum fuisse; homines vero, quod illius Regionis amore tenerentur, aliquandiu quidem varia remedia contra calamitatem illam excogitasse, altero die modicis cibis utentes, altero famem constanter tolerantes: sed cum hoc grave malum diutius duraret, universum populum in duas partes divisisse, sortique rem commisisse; ut altera pars ex agro discederet, altera in eo remaneret, atque altera Atyos Filium ibi remansisse, alteram vero discessisse. Facta autem sortitione parti, quae Lydum sequebatur, meliorem fortunam obvenisse, alteram vero partem, sua pecuniarum portione sortito accepta, ad Occidentales Italiae partes appulisse, ubi tunc Umbri habitabant, & ibi remansisse, Urbesque condidisse, quae ad suam usque aetatem stabant*. Eam Lydorum narrationem uti fabellam reputat Xanctus Lydius ab ipsomet Halicarnasseo citatus hoc pacto: *Nullo modo Tyrrhenum Lydorum Principem nominat, neque ullam Moeonum Coloniam in Italiam appulisse scit, neque ullam Tyrrheniae, tamquam Lydorum Coloniae mentionem facit, quamvis alia multo ignobiliora, ac leviora memoret; Lydum vero, & Torybum Atyos Filios fuisse dicit; hos vero ambos, Regno Paterno inter se diviso, in Asia remansisse, gentibusque, quibus imperarunt nomen ab illis inditum fuisse, a Lydo Lydi, a Torybo Torybi fuerunt appellati*. Hinc Elianus Lesbius asserit,

(a) *Strab. lib. 5. fol. 219. lit. C.*

rit, *Tyrrhenos, qui ante vocabantur Pelasgi, posiquam in Italiam coeperunt habitare, nomen id assumpsisse, quod nunc habent*. Ideoque Marcianus Eracleota(a), Pelasgos vetustiores fuisse Italiae incolas credit, sicuti & Pausanias (b). Strabo vero, Polybius, Elianus, & Diodorus Siculus Opicos, & Ausones priores ejusdem indigenas existimat, quod innuere videtur Poeta (c):

Antiqui Ausonii, quae vos fortuna quietos
Sollicitat.

Quos equidem Ausones cum Opicis, & Oscis confundit paulo ante laudatus Halicarnasseus dicens: *Habitabant partem, quae versus Tyrrheniam est, Opici, & prius, & nunc appellati cognomine Ausones*. Hi autem Osci ab obscena locutione, Opici vero *απὸ τῦ ὄφεως* dicti, ex eo quia Italia serpentibus redundaret, imo ipsimet Osci *απὸ τῶν ὀφεῶν* appellati, quasi Obsci; quare Servius in Commento ad Virgilium versu illo *Oscorumque manus ait*: *Capuenses dicit, qui ante Osci appellati, quod illic plurimi habitavere serpentes, nam Graece ὄφις dicitur serpens*.

Ut ut autem se res habeat Tyrrhenos eosdem esse, ac Pelasgos, & Etruscos nemo unus ibit inficias, qui Lucretii versus illos perlegerit (d)

Is locus est Cumis apud Etruscos, & montes
Pompeji calidis ubi fumant fontibus aucti.

Et Tibulli:

Vos tenet Etruscis manat quae fontibus unda,
Unda sub aestivum non adeunda Canem.

Ubi loquitur de Bajanis Thermis; quare Strabo (e): *Hoc & quod proxime sequitur, & Sarno amne alluitur, Pompejos tenuerunt olim Osci, deinde Etrusci*. Eos vero Tyrrhenos non a Tyrrheno Lydio, sed a turribus, quae Graeco nomine Τυρσεις vocantur appellatos fuisse tradit Halicarnasseus: *Hoc nomen ipsis inditum ajunt ab aedificiis munitis, quae ab ipsis omnium eorum, qui in his Regionibus primi fuerunt extructa, nam ut apud Graecos, sic & apud Tyrrhenos aedificia, quae in Urbium moenibus aedificantur, & quae sunt tecta, turres appellantur. Hoc igitur nomen ipsis a re, idest, a turribus, quas habitabant, impositum putant*. Pelasgos autem a Πελαργοις, hoc est, ciconiis cognominatos, Dionysius Halicarnasseus existimat: *Tyrrhenos post Patriam relictam in ipsis*

(a) *Marcian. Eracleot. in description.*
(b) *Pausan. lib. 8.*
(c) *Virgil. Enaeid. lib. 11.*
(d) *Lucret. lib. 6. vers. 749.*
(e) *Strab. lib. 5.*

ipsis suae profectionis erroribus mutato nomine Pelasgos appellatos ob quandam similitudinem avium, quae Πελάργοι, *idest Ciconiae vocantur, quod gregatim errarent tam per Graeciam, quam per Barbaras Regiones*. Subdit deinde: *Sed doctissimi Romanorum Scriptorum, inter quos est Portius Cato, & Cajus Sempronius, & multi alii, ajunt eos esse ex iis Graecis, qui quondam in Achaja habitabant, & multis ante bellum Trojanum aetatibus inde migrarunt*. Varias vero migrationes, transitionesque, & excursiones Graecorum in nostram Italiam factas, Dionysius asseverat: *Itaque multae migrationes fiebant, & genus Pelasgicum in varias terrarum partes dispersum est*. Ex quibus diversa nomina ab eorum ducibus in has regiones dimanarunt, veluti Latini a Latino, Japiges a Japeto, Peucetii a Peucetio, Messapii a Messapo, Daunj a Dauno, Oenotrii ab Oenotrio, Dicaearchi a Dicaearcho, Tarentini a Tarento, seu Talanto, Ausones ab Ausono, Syrentini, seu Surrentini a Syreo Pelasgorum duce dicti, uti ait Diodorus Siculus in Etruscum Idioma redditus (a): *Dicesi oltre a ciò, che queste Isole furono già diserte, e disabitate, ma che un certo Liparo Figliuolo del Re Ausone male colli Fratelli d' accordo con navi lunghe piene di soldati in una di esse Isole fece una Città col suo nome, e nelle altre solo facendo lavorare la terra, e già vecchio arrivando la Eolo da Ipparto li die la Figliola per Moglie, e l' Isole per dote, e se ne ritornò in Italia, dove oggi è Sorrento, e vi fu doppo morto per Dio celebrato*. Ab eodem Syreo Duce Sirastes, seu Sarastes Populos denominatos, uti supra memoravimus, multi conjectura non spernenda ducuntur. Hinc Plinius Surrentum Syrenum Sedem appellat, hoc est, Syrenum a Syreo vocatorum, non vero a Syrenibus: *Surrentum cum Promontorio Minervae Syrenum quondam Sedem*.

Alii ab Ulysse Surrentum conditum voluerunt Strabone praeeunte (b): *Pompeis contiguum est Campanorum Syreum, unde Athenaeum prominet, quod quidam Praenusium nominant Promontorium. Extat autem in extremo ejus Minervae Sacellum, quod Ulysses aedificavit*; ex quo testimonio Capacius deducit (c): *Ut si Cumanos habuisset Surrentum conditores, altera potuisset Neapolis appellari, quae tamen a Graecorum deliciis, a Graecis condita non videtur esse aliena; ab Ulysse enim conditam asserunt*. Strabo itidem

(a) *Diodor.Sicul.lib.rer. Histor. Edition. Venet. Gabriel. Giulit. anno* 1575. *lib.* 5. *pag.* 252. *& seq.*

(b) *Strab. lib.*5. *Geograph.*

(c) *Caesar Capac. lib.*2. *pag.*531.

itidem Ulyssis peregrinationes, erroresque describens ait; *Itaque sunt qui Syrenes in tractu Pelorio ponunt, alii ad Syrenusas Insulas; quae plusquam duo millia distant stadiorum; illas autem triverticem esse scopulum, qui Cumanum a Posidoniate sinu dirimit. Verum scopulus ille nequaquam trivertex est, nec omnino in sublime tollitur. Ceterum cubitus quidem longus, & angustus a deductis ad Caprearum fretum locis extenditur. Altero ex montis latere Syrenum Sacellum habens. Ex altera autem ad Posidoniatem sinum parvae tres adjacent Insulae desertae, petrosae, quas Syrenusas vocant*. De his Insulis (quas Isole delli Galli vernacula lingua appellant) subjungit (a): *Ex ea, quae Surrentum aspicit, Regione quaedam sacra monstratur Aedes vetustissima, ostendens munera, quae accolae loci veneratione frequentes obtulerunt*. Hic obiter Camillus Peregrinus corrigendus sese offert talibus Surrento insultans:

Ben vorrei aver di Sorrento copiosa materia per trattarne così a disteso, come alla sua presente dignità conviene; ma nel gran silenzio degl' Antichi, che altro nel presente proposito far posso, che poco, e quasi nulla raggionarne? Dimostra il suo nome nella Greca lingua un non sò che delle Sirene; e la Sirena Partenope, che ebbe il suo sepolcro al suo cospetto, e l' Isole Sirenuse, che fuori del suo Promontorio giacciono nel golfo Pestano, come dietro delle sue spalle, aggiungono alla medesima etimologia qualche colore; laonde come in un incerto lume può ravvisarvisi alcun fatto, che alle Sirene appartenea. Oltre la molta, e frequente lode de' i vini Sorrentini, non veggio, e con mio dispiacere, che dagl' antichi Scrittori il nome di quella Città sia stato in cosa di momento mentovato; del che ancor mi dolsi nelle emendazioni della Cronica dell' Anonimo Monaco Cassinese, dove similmente molto desideroso di attribuir alla medesima Città qualche segnalato avvenimento, facilmente credetti, che il Principe di Capua Roberto II. nato di Madre Sorrentina (e lo stesso replicai nell' albero de Capuani Principi di Stirpe Normanni) fusse ivi dimorato doppo l' anno 1139. *essendosi a quel tempo concordato col Sommo Pontefice Innocentio II. il Re Roggiero, che n' ebbe la concessione del medesimo Capuano Principato; da qual tempo è più vero, che egli fugito in Germania, fu accolto dall' Imperatore Corrado III., e che ivi rimase fino al passaggio in Italia dell' Imperator Federico Barbarossa, come viene raccontato da Ottone Frisigense nel*

S

(a) *Peregrin. nell' Apparato all' antichità di Capua, o vero discorso della Campagna Felice in Napoli* 1651. *discors.* 2. *num.* 24. *pag.* 335.

nel cap. 23. e nel cap. 24. del lib. 1. e nel cap. 7. nel cap. 11. e nel capo 24. del lib. 2. de' gesti dell' istess' Imperatore. E fu ancora alcun tempo, che dallo stesso mio desiderio lusingato credetti, che Livio in una parola sola, come in uno strettissimo compendio, ci avesse accennata l' antica dignità, e potenza de' Sorrentini, allorche nel lib. 22. facendo il racconto de' Popoli d' Italia, i quali lasciata l' amicizia de' Romani dopò la giornata commessa a Canne si appresero all' amicizia de' Cartaginesi, mentovò fra loro i Sorrentini, così dicendo: Defecere autem ad Poenos hi Populi: Atellani, Calatini, Hirpini Apulorum pars, Samnites, praeter Pentos: Bruti omnes, Lucani: praeter hos Surrentini, & Graecorum omnis ferme ora: Tarentini, Metapontini, Crotonienses, Locrique, & Cisalpini omnes Galli. Ma finalmente pur mi accorsi, che l' ordine delle raggioni de' mentovati Popoli secondo i loro siti non consente, che dopò i nomi degl' Atellani, e de' Calatini popoli della Campania fussero stati tralasciati i Sorrentini per mentovarli troppo fuori d' ogni buon ordine, fra quelli che per grandissima distanza eran lontani da questa medesima nostra Regione. Adunque conoscendo che in quel racconto Livio dopo aver trascorsi gl' Irpini, la Puglia, i Sanniti, i Bruzii, ed i Lucani; e doppo esser pervenuto nella Magna Grecia a Tarentini, e Metapontini, a Cotroniesi, ed a Lucresi, mentovò i Sorrentini, ho giudicato, che non possa dubbitarsi, che questo fu un errore de copisti, i quali scrissero quel nome in cambio di Sollentini, il quale fu degl' Abbitatori della Regione a sudetti Tarentini congiunta, che ora si appella Terra di Otranto; ma quest' è pur minor male, che di Sorrento sia stato parlato da alcuni, come fecesi da Strabone oscuramente in vero assai, il quale nel lib. 5. non altro ne disse appresso il suo interprete, che queste parole: Pompeis contiguum est Surrentum Campanorum. Avea quel Geografo usato simil modo di dire ben due volte scrivendo alquanto prima di Cuma, e poi di Napoli, chiamando questa Città de' Cumani, e de Calcidesi; ma dichiarò manifestamente, che i medesimi popoli erano stati i loro fondatori. Secondo un tal suo stilo lo stesso importerebbe questo suo non dissimil detto, ed i Capuani sarebbono da reputarsi i primi fondatori di Sorrento, o suoi possessori almeno. Io non dimeno ciò non voglio affermare, e lascio, che sia cura di altri di andare investigando nel dire di quel gravissimo Autore, se potrà ritrovarla miglior caggione: alcuni vorrebbono attribuire la fondazione di Sorrento alle Sirene, ed altri farne Autore Ulisse, quegli pensando di poter raccoglierlo dal dire di Plinio II., e questi dal dire

pur

pur di Strabone. Le parole di Plinio nel cap. 5. del lib. 3. sono queste: Surrentum cum Promontorio Minervae Syrenum quondam Sede. Quelle di Strabone nel lib. 5. appresso il suo interpetre dicono così: Pompeis contiguum est Surrentum Campanorum, unde prominet Minervae Promontorium (nel Greco è ἀθηναιον che va lo stesso) quod alii Praenussum vocant (al Causobono leger piace con molta raggione: Syrenusarum) eo in Promontorio Fanum est Minervae, ab Ulysse conditum; indeque in Capreas Insulam brevis est trajectus. Ma io che dell' uno, dell' altra opinione si giudichi come altrui piace, certamente non lontana dal luogo, in cui può credersi, che fu quel Tempio, o il diremo latinamente Delubrum è oggi la Città chiamata Massa Lubrense. Qua enim securitate, ac confidentia asserere audacter potuit, praeter vina nihil aliud de Surrento antiquos laudasse; si nullum ferme Scriptorum genus est, quod ejus amplificationi non enixe studuerit, & summis ad Coelum usque laudibus compleverit ob agrorum fertilitatem, soli ubertatem, coeli temperiem, aedificiorum magnificentiam: de ipso namque Maro, Ovidius, Martialis, Columella, Statius, Persius, Silius Italicus, Diodorus Siculus, Dionysius Halicarnasseus, Livius, Plinius, Suetonius Tranquillus, Seneca, Galenus, Strabo, Petronius Arbiter, Valerius Maximus, Cornelius Tacitus, Frontinus, Procopius, Florus, Mela, aliique Scriptores fere innumeri tot encomia pleno ore protulerunt, quot vix post Romam ulla alia praeclarissima Civitas ostentare splendidissime potest. Quod subinfert Peregrinus de Patavino Historico, gratias illi referimus multas, & habemus majores, qui eam maculam, quam ceteri Italiae populi ob defectionem a Romanis contraxere, abstersit a Surrento, vel potius amandavit, & est amolitus. De Principe vero Roberto paulo post sermo instituetur: Attamen bene tibi sit nunc, Peregrine, per quem genti nostrae suus constat honos; commendatio enim a vini praestantia non ultima laus apud antiquos fuerat; sic Italia Oenotria dicta fuit ἀπό τῦ οινῦ, ita ut ex octoginta generibus vini, quae fere in toto Orbe nobiliora prodebantur, duas ex eo numero partes illi attribuat Plinius, veluti Coecubum in Phormiis, Falernum in Sinuessano, Albanum, Surrentinum, Massicum, Fundanum, Veliterninum, Privernas, Signinum; unde Horatius totus in vini laudes effusus ait?

Tu spem reducis mentibus anxiis (a)
Viresque, & addis cornua pauperi.

(a) *Horat. lib. 3. od. 11.*

Ea ſiquidem de cauſa Bacchus vocabatur ab Jove in Elegis καλῶν ἐπικουραὶς ἐργῶν : *Proborum operum adjutor*: nam moderate ſumptus vires mirifice adauget, excitat ingenium, colligit animum, aperit intellectum, homineſque ad res egregias, & praeſtantiſſimas patrandas audaciores reddit, ita ut Plinius aſſerat, quod *vino aluntur vires, ſanguis, colorque hominum; hoc quoque diſtat Orbis medius, & mitior plaga a circumjectis, nam quantum illis feritas facit roboris, tantum nobis hic ſuccus* (a). Sic Gallos fama excellentium vinorum Latii e ſuis ſedibus excitos Capitolium occupaſſe tradunt Plinius, & Livius; ſic Poenos Italici vini dulcedine, ac copia captos, invitante, atque inflammante potiſſimum Annibale, egregia, & admiranda edidiſſe bellicae virtutis ſpecimina, atque exempla perhibent Polybius, & T. Livius; ſed pervagati aliquantulum a Peregrini cavillationibus ad rem redeamus.

Nonnulli a Tyrrhenis vetuſtiſſimis Italiae populis mutata litera T. in S. Surrentinos dictos excogitarunt, quamobrem Statius cecinit:

Eſt inter notos Syrenum nomine muros,
Saxaque Tyrrhenae Templis onerata Minervae.

Plinius vero exiſtimat a Syrenibus nomen accepiſſe Surrentum; *Surrentum cum Promontorio Minervae Syrenum quondam ſede* (b), quamvis ipſe adſerat fabuloſas eſſe Syrenes; *nec Syrenes impetraverint fidem; licet affirmet Dino Clitarchi celebrati Auctoris Pater, in India eſſe: mulcerique earum cantu, quos gravatos ſomno lacerent*. Fabellam enim dicit Plinius Syrenes cantu homines allexiſſe, ut eos perderent, ac mactarent, non vero fabuloſas, quatenus omnino non fuerint quantulamcumque illarum artes, & illecebrae vim blandiendi ſimul ac necandi habuerint, quod ideo priſci illi commenti ſunt, ut quid hominibus libido, & mulieroſitas portenderent ante eorum oculos ponerent, ac veluti tabula depingerent. Quid quod omnis pene fabula ab hiſtoria deſumpta eſt, ut ait Natalis Comitus (c)? *Nulla eſt enim fabula, quae ab Hiſtoria initium non ſumpſerit*. Quapropter merito Philippus Cluverius firmat (d): *Surrentum a Syrenum nomine Oppido vocabulum deductum eſſe, maxime credibile eſt, quando illae circa haec loca ſedem habuiſſe feruntur*. Hinc factum eſt, ut Homerus Syrenes in noſtris locis collocaverit:

Σειρῆνας μὲν πρῶτον ἀφίξεαι, αἵ ῥά τε πάντας
Ἀνθρώπους θέλγουσιν.

Syre-

(a) *Plin. lib.* 13. *cap.* 1.
(b) *P in. lib.* 3 *cap.* 5.
(c) *Natal. Comit. in Mytolog. l.* 2. *pag.* 55.
(d) *Philip. Cluver. lib.* 4. *pag.* 1162.

Syrenes primum advenies, quae carmine cunctos
Mortales mulcent (a).

Ulysses enim e Circaeo monte solvens Patriamque suam repetens Graeciam, primum Surrentum, seu Syrenes nostras incurreret, necesse erat. Stephanus Byzantinus (b): *Syrentium Urbs Tyrrheniae* ait; ubi Thomas de Pinedo ejus enarrator addit: *Syrentium Urbs Tyrrheniae, idest Etruriae, quae Syrentum Latinis; quare apud Stephanum pro Syrentum legendum Syrrentum. Sedet in Italiae Regione, quae Campania dicitur, inter Neapolim, & Promontorium Minervae.*

Tandem non defuere qui asseveraverint, Herculem ipsum domitorem monstrorum insignem Surrenti conditorem extitisse; nam postquam Herculaneum, Pompejanum, Stabianum aedificavit, aliquanto digressus Surrentum construxit, cui nomen indidit ἀπὸ τοῖς σωροῖς, idest, aggeribus, ac propognaculis, quibus Urbem vallavit; eapropter Johannes Angelus (c) vult non esse dicendum Surrentum, sed Sorentum: *locus siquidem est in Campania, ubi quondam facta via est ab Hercule inter aggeres; ita appellatur σωρὸς agger*, & Romani vernacula lingua Soriento appellant; ita ut Herculaneum ab Hercule, Pompejanum ab Herculis pompa, & triumpho; Stabiae a stando; tandem Surrentum ἀπὸ τῶν σωρῶν, hoc est ab Herculis munitionibus dictum sit; ex quo factum, ut villa Surrenti Herculi a Pollione dicata fuerit, & Aequa etiam, quae Vicus Surrenti erat, sicuti ait Marinus Freccia in Capacio (d): *Revisi eo itinere Aequensium vetustates, & veteris Ecclesiae Basilicam; rectius censui, Herculeos ibi fuisse hortos, quibus Hercules delectabatur, & Vicanos ex Hercule genus trahere*; qua de re sive a Syrenibus, sive a Tyrrhenis, Pelasgis, & Thelebois, sive ab Ulysse, sive ab Hercule aedificatum fuerit Surrentum, in propatulo certe est, nullis praestantioribus Italiae Urbibus vetustate, & fundationis gloria esse secundam. In Campania vero in Augusti partitione connumeratam esse, postquam a Picentinis discessit certius est, quam ut de ejus veritate dubitari liceat, tradente Plinio (e): *Hinc felix illa Campania est, ab hoc sinu incipiunt illi vitiferi colles*; & post pauca: *Litore autem hoc Neapolis Chalcidentium, & ipsa Parthenope a tu-*

(a) *Steph. Bizant. de Urb. & popul.*
(b) *Homer Odysseae* 12. *pag.* 231. *edit. Amstelaedami* 107.
(c) *Johann. Angel. in notis ad lib.* 2. *Pan. Vinii de ludis Circens. pag.* 53 *colon.* 1.
(d) *Marin. Freccia apud Capacium lib. pag.* 497.
(e) *Plin. lib.* 3. *cap.* 5.

a tumulo Syrenis appellata, Herculaneum, Pompeji, haud procul spectante monte Vesuvio, alluente vero amne, ager Nucerinus, & novem millibus passuum a mari ipsa Nuceria, Surrentum cum Promontorio Minervae Syrenum quondam sede.

Campaniae enim diversi fuere termini, nam prius, ut ait Strabo, *a Sinvessa versus reliquam oram maris sinus est usque ad Misenum justae magnitudinis; inde alius priore multo major (Craterem nominant) a Miseno usque ad Minervae Promontorium, a Minervae Promontoriis duobus in sinus morem conclusus. Super hoc litus universa est sita Campania omnium planicierum felicissima* (a). Florus itidem (b) de ea sic fatur; *Urbes ad mare Formiae, Cumae, Puteoli, Neapolis, Herculaneum, Pompeji &c.* Amplior deinde facta est ex divisione Augusti, & usque ad Equm Tuticum pertingebat, quamvis Hadriani tempestate magis producti, magisque prolati fuerint a Constantino Magno illius fines, adeout & utrumque Latium, & bona pars nostri Regni Campaniae fuerit adjuncta. Hinc Georgius ita eam describit (c): *Agri Romani in Latio finibus ad Silarum protendebantur: etenim Constantinianea divisione Latium in Campaniae nomen concessit .... quamobrem in Provinciarum Italiae Cathalogo Campaniae solummodo, nulla autem Latii, seu Latinae Regionis mentio fit.* Et cap.7. pag.88. *Campania autem posterioribus seculis in duas divisa fuisse partes, videtur Camillo Peregrinio in Apparat. ad Antiquit. Capuae, quarum altera Latium ab Urbe Roma ad Terracinam complexa Romana Campania dicta est ab eodem Peregrinio, cujus originem deducit ab aetate S.Gregorii; altera vero Campaniae Capuanae nomen obtinuit, quae subsecutis temporibus ad Pharum usque Siculum perducebatur.*

Quod Surrentum Municipium, & quidem splendidissimum fuerit, habetur ex inscriptionibus paulo post referendis: & Colonia itidem a Frontino de Coloniis. Quodnam vero discrimen fuerit inter utraque difficile admodum est judicare; Coloniae enim fruebantur Civitate Romana, & ejus legibus regebantur, Municipes vero ut ait Gellius: *Sunt Cives Romani ex Municipiis, legibus suis, suoque jure utentes muneris tantum cum Populo Romano honorarii participes, a quo munere capessendo appellati videntur*; quae vero ex his fuerit dignior praerogativa adhuc sub Judice lis esse videtur, cum ipsemet Gellius asserat: *Sic adeo & Municipia quid, & quo jure sint, quantumque a Colonia differant ignoramus.*

Quan-

(a) *Strab. lib.10.*
(b) *Lucius Flor. lib.1. cap.10.*
(c) *Abbas Dominicus Georgius de Antiquis Italiae Metropol.cap.6.pag.71.*

Quanta vero illius auguſtae antiquitatis, qualisque fulſerit gloria, ut clarius pateſcat, operae pretium eſſe ducimus, in medium afferre ejus veteres inſcriptiones a Gruterio, Rheineſio Sudio, praeſertim vero Julio Caeſare Capacio typis impreſſas ex innumeris, quae temporum injuria deperiere, ſuperſtites: nonnullas etiam non dum vulgatas addere in eruditorum gratiam, atque ut magis Peregrino, Milanteque cavillis obſtruatur.

In Porta Surrentina

IMPERATORI. CAESARI. TRAIANI. F.
....SVRRENTINA. RESPVBLICA.

Item

FLAVIO. FVRIO. FAVSTO. V. C. TRIBVNO.
AB. ORIGINE. PATRONO.
OB. MERITA. LABORVM. SVORVM. VNIVERSVS. ORDO.
ET. POPVLVS. SVRRENTINORVM.
STATVAM. NOBILITATI. EIVS.
FACIENDAM. CVRAVIMVS.

Ibidemque

FLAVIO. GRATIANO. SEMPER. AVGVSTO.
INSTAVRATORI. ORBIS. TERRARVM. PERPETVO.
AC. PIISSIMO. IMP. D. N. ET. VALERIO.
CONSTANTINO. MAXIMO. PIO.
FELICI. SEMPER. AVGVST. VICTORI. AVG.
RESP. SVRRENTINOR.

In ſacra Turri Divi Antonini

M. VLPIO. PVPIENO. SILVANO. V. C. CIVI. ORATORI.
ORDO. ET. POPVLVS. SVRRENTINORVM.
PATRONO. PRAESTANTISSIMO.

In eadem Porta Surrentina

IMP. CAESARI. D. TRAIANI. PARTHICI.
D. NERVAE. NEPOTI. TRAIANO. ADRIANO. AVG.
PONT. MAX. TR. P. V. OPTIMO. MAXIMO. PRINC.
DECVRIONES. MVNICIPESQ. SVRRENTINI.
PECVNIA. CONLATA.

In Divi Antonini lapide vermiculato

L. CORNELIO. L. F. MEN. N..
FLAMINI. ROMAE. TI. C....
AVGVRI. AED. II VIR. QV.....
PRAEF. FABR. BIS. HIC. IOCAE. VIR.
CRVSTVLVM. ET. MVLSVM. POPVLO.
AEDILITATE. SPECTACVLVM. GLADIA....
CIRCENTIVM. EDIDIT. OB. HONOR.
DECVRIONIB. MAGNAM. CENAM. D.
Q. QVENNALITATE. SVA. LVDOS. SPI....
HVIC. DECVRION. PVBLICE. LOCVM.
FVNER. HS BↃ. ET. STATVAM.

Et ibidem, ſed non dum edita

D. PVBLIC. VENER.
MATRONAE. STATVAM.
IN. AEDEM. VENERIS.
FVNERI. HVIC.
LOCVM. SEPVLTVRAE. EI.
STATVAM. DECREVERVN.

..... AE. L. F. MAGNAE.
DOTI. PVBLIC.
..... IS. ET. CERERIS.

M. SITTIO. C. F. FAL.
FRONTONI. SAVFEIO.
PROCVLO.

VIX.... .....NVM. II. MINS.
TRIS.... ....C. DECVRION.
LOC..... ....VITVRAE. ET.
IN. EV..... ....HS. LSS. DECR.

T. CLOD.....
PRAEF......
TRIBVNV.....
SEYVHICA......
CAESARI.....
CENSORE.....

In

In Majori Ecclesia

ARRVNTIO. P. F. L. N. MEN. RVFO. EIEDIO. PROCVLO.
VIXIT. AN. XXIIII.
HVIC. DECVRIONES. STATVAS. DVAS.
ALTERAM. EX. PECVNIA. PVBLICA.
ALTERAM. EX. AERE. E. POPVLO. CONLATO.
IN. FORO. PONENDAS. DECREVERVNT.

Ibidem

Δ. E. M.
ΑΥΡΙΛΙΟΥϹ. IN. ΠΕΤΡΑ ΤΟΥϹ. Β. Κ. Μ. ΒΕΙ....
ΑΝΟ. Η. ΜΗΖΕϹ. S. ΔΕΙ. Ν. ΚΟΖΟΥϹΙΜΒΕΙΑ.
ΕΙΡΗΝΑ. ΜΑΡΙΤΟ. ΒΕΝΕΜΕΡΕΝΤΙ. ΙΝ. ΚΕΤ.

Ibidem

PIISSIME. AC. VENERABILI. D. N. HELENAE. AVG.
MATRI. D. D. MAXIMI. VICTORIS.
AVG. CONSTANTINI.
ET. AVIAE. D. D. NN. CONSTANTII.
ET. CONSTANTIS.

ORDO. ET. POPVLVS. SVRRENTINORVM.

Ibidem

COSCONIAE. VOLVPTATI.
COSCONIA. VOLVPTAS. MATER.

Ibidem

M. STABI. VIRI. CENTVRIONI.
COH. PR. TRICENARI.

In quodam Fonte prope Forum

CAESENNA. GRAPHICE.
HIC. SITA. EST.

Apud Archiepiscopum

D. M.
QVALTERIO. SALVTARI. AVG.
PVTEOLIS. ET. CVMIS. ET. VALERIAE. ERIFENAE.
HEREDES.

In Aedibus Francisci Vulcani

. . . . ECTO. NYMPAEO. CVM. PLVMBO.
SVRRENTIN. DEO.

Aliud

D. M.
TARVLLO. TATENTI. NATIONE. SARDO.
M. C. E. PRIMIS. HEREDES. B. M. F.

In D.Antonini

PLOTIAE. ELIBRODORAE. CONIVGI. SANCTISS.
BENEMERENTI. EVCHRESTVS.

In Divae Annunciatae

D. M. S.
GELLIAE. MYRTALES. V. A. XXV.
L. GELLIVS. PRIMVS. CONIVGI. KARISS. B. M.

In Divi Vincentii

PROBE. SYNTYCAE. F. C. EVEIVS.
DIOGENES. LIB. PAT. V. A. LXXVI.

Placuit his addere sequentes marmoreas inscriptiones, adhuc, ut putamus ineditas, quae apud nos asservantur & magno antiquariorum voluptati cessuras credimus.

AVGVSTVS.
C. V̄. DESIG. V̄I. PP.
PERMISIT.

D. M.
CAESIVS.
NEMIS. EX. CLASSE.
P R M. ANNIS.
XXX. NAT. VIX.

CONRADVS. FVSTAGONERIVS.
SYRRENTINVS.
FAVSTINAE. LEPIDAE. ROM. CLAR. DRVS. F.
CONIVGI. AMATIS. DIS. MAN. LACHRY.
CL. MAR. M. AGRIP. COSS.

BO-

BONVS. PATRONVS.
PISTIDI. L. SVAE. SVISQVE.
OMNIB. ET. QVIBVS.
NERONIA. LITE. DEDER. ET.
M. SITTIO. SPIONOMASTO.

DIS. MANIB.
A. CAESENNIA. L.
TILAMIRI.
VIX. ANN. LX.

M. LIVIVS. ZOSIMVS.
PVLLIA. NEMPSIS. SIBI. ET.
PVLLIAE. FORTVNATAE. ET. SVIS.

D. M.
M. DOLVTIO.
IVSTO.
DOLVTIVS.
OCTOBER.
PATRONO.
B. M. F.

Duobus innixa haec urna est geniis, subtus vero duo Galli insculpti

C. IVLIVS. AVGVSTI.
VIRO. I N L. EI.
OB. MERITIS.

LAVTIA.
AMPLIATAE. B.
VIX. ANN. XXX.

..... M.
LIOTE.
NATIO.
RDO. M. C.
..... HEREDES.

M. F.
CARISSIME. NEPOTIBVSQVE. SVIS.
ITEMQV. LIBERTIS. LIBERTABVSQVE.
VIRORVM. POSTERISQVE. EORVM.

Corculum hinc inde expoſitum

D. MAN.
OCULI. CORIANAE. SVR.
VIRG. CAST. CONSACR.
COSS. HON. E. OLIB.

Inſulpti ſunt duo oculi

P. EQVITIVS. FAV.
P. EQVITIO. AV.
PIISSIMO. L.
SVCCESSA. F.

D. M.
ACORVS.
AVC. VER.
VIXSIT. AN.
NIS XXVII.
M. XI. D. X.

D. M. S.
P. EQVILIVS.
AVCIVS.
VIX. ANN. XXXX.

In Palátio Archiepiſcopali

D. M.
FAENIA. NICAE.
FECIT. SIBI.
ET. FAENIA.
CAESARI. FIL. CARIS.

FELIX. TARSI.
VERNA.
VIX. ANN. XVIII.

DIS.

DIS. MANIBVS.
LICINIAE. L. LIB. DANINES.
ET. M. LIVII. ACHELOI.
VIRI. EIVS.
PATRONIS. BENEMEREN
TIBVS. ET. LIB.
VIRORVM.

ALBINIA.
HONORATA.
VIX. ANN. XXIIII.
MEN. X. D. XXVII.

BN. FLAVIO.
GRATIANO.
SEMPER.
AVGVSTO.

CAPUT IV.

De Priscis Aedificiis Surrentinis.

INter cetera memoranda Surrentinae antiquitatis monumenta primum sibi vindicat locum Circus ad formam illius Maximi Romani erectus, ejusque veluti imitator, & aemulus longitudinis fere stadiorum, octo idest Italici milliarii; qui quinque millibus pedibus constat, cujus hic spectantur stupenda rudera longo se tractu protendentia, nostra quoque aetate vulgari idiomate *Circo* appellatus. Cum enim Surrentina Civitas maritima esset, imo peninsula, idcirco Circenses ibi celebrari ludos maxime conveniebat, qui Neptuno Sacri erant; quod potissimum palam fit ex allata L. Cornelii inscriptione, qui eos ludos Surrentinis, & spectacula dedit; id etiam nemo plane inficiabitur, qui priscas illas substructiones in Surrentini maris ora, quae nunc *Marina Piccola* dicitur, extantes adcurate vestigaverit; in quibus summa ferme antiquitas cum recenti integritate decertat. Namque primo occurrunt arcuatae porticus, hae vero non recta protenduntur, sed in circum desinunt; ex quo conjicere fas est, hisce porticibus, olim innixa sedilia, sive foros, Editoris cubiculum, Patrum Orchestram, atque Equitum quatuordecim gradus. In extremi-

tate

tate hujus Circi conſpicitur murus lateritius, quem audacter affirmare haud dubitamus fuiſſe ſpinam illam, circum quam currus flectebant aurigae, atque equos, ſive ſingulares, ſive deſultorios in gyrum agebant, quos graphice deſcripſit Horatius (a)

Sunt quos curriculo pulverem Olympicum
Collegiſſe juvat, metaque fervidis
Evitata rotis, palmaque Nobilis
Terrarum Dominos evehit ad Deos.

Et Statius (b):

Romulei qualis per jugera Circi,
Cum pulcher viſu, titulis generoſus avitis
Expectatur equus, cujus de ſtemmate longo
Felix emeritos habet admiſſura Parentes.
Illum omnes acuunt plauſus, illum ipſe volantem
Pulvis, & incurvae gaudent agnoſcere metae.

Lucretius vero (c):

Nonne vides etiam patefactis tempore puncto
Carceribus, non poſſe tamen prorumpere equorum
Vim cupidam, tam de ſubito, quam mens avet ipſa?

Item Virgilius (d):

Nonne vides cum praecipiti certamine campum
Corripuere, ruuntque effuſi carcere currus:
Cum ſpes arrectae juvenum, exultantiaque haurit,
Corda pavor pulſans? Illi inſtant verbere torto,
Et proni dant lora: volat vi fervidus axis:
Jamque humiles, jamque elati ſublime videntur
Aera per vacuum ferri, atque aſſurgere in auras.
Nec mora, nec requies. At fulvae nimbus arenae
Tollitur: humeſcunt ſpumis, flatuque ſequentum:
Tantus amor laudum, tantae eſt victoria curae.

Quos quidem verſus ita aemulari videtur elegantiſſime Silius (e)

Fluctuat aequoreo fremitu, rabieque faventum
Carceribus non dum reſeratis mobile vulgus,
Atque fores oculis, & limina ſervat equorum.
Jamque ubi prolato ſonuere repagula ſigno,
Et toto prima emicuit vix ungula cornu

Tol-

(a) *Horat. ode 1. lib. 1.*
(b) *Statius. S. Sylvar. pag. 103. verſ. 21. & ſeq. edit. Cygneae apud Johan. Scheibium.*
(c) *Lucret. lib. 2. verſ. 263. pag. 312. edit Lugduni 1725.*
(d) *Virgil. 3. Georg.*
(e) *Sil. lib. 16. pag. 705. verſ. 314. Edit. Pariſ. 1718.*

Tollitur in Coelum furiali turbine clamor.
Pronique, ac similes certantibus ore sequuntur,
Quisque suos currus, magnaque volantibus iidem
Voce loquuntur equis, quatitur certamine Circus
Certantum, ac nulli mentem non abstulit ardor.
Instant praeceptis, & equos clamore gubernant.
Fulvus arenosa surgens tellure sub undas
Erigitur globus, atque operit caligine densa,
Cornipedumque vias, aurigarumque labores
Hic studio furit acris equi, furit ille magistri:
Hos Patriae favor, hos accendit nobile nomen
Antiqui stabuli; sunt quos spes grata fatiget,
Et nova ferre jugum cervix, sunt cruda senectus
Quos juvet, & longo sonipes spectatus in aevo.

Eo in loco, in quo *Meta* erat, *Rotae* ad haec usque tempora nomen remansit, non tam a rota toreutices officinarum, ut nonnullis placet, quibus vasa auro, & argento Surrenti apprime caelabantur, quarum meminit Martialis:

Et Surrentinae leve toreuma rotae.

Sed a Rotis curruum, qui circum eam agitabantur ab Aurigis factionum, quae in quatuor erant divisae, & a coloribus distinguebantur, nempe Albo, Russato, Prasino, & Veneto, ut indicat Tertullianus (a) & Cassiodorus (b) *Colores in vicem temporum quatrifaria divisione funduntur; Prasinus virenti verno, Venetus nubilae hyemi, Roseus aestati flammeae, Albus pruinoso Autumno dicatus est.* Hi currus ab equis in gyrum septies ducebantur maxima celeritate, & dexteritate, ne meta tangeretur, ut testatur Propertius, Ausonius, aliique; etsi Domitianus Imperator quinquies repeti tantum jusserit, quod Raderus (c) ex Suetonio probat, ubi Circum maximum Romanum graphice describit. Qui autem equos e carceribus emittebant a Julio Polluce Censores (d) Praesides, a Vulpiano Agitatores dicuntur (e); unde Statius

Inde ubi clara dedit sonitum tuba, finibus omnes
Haud mora prosilvere suis.

Imperator Vitellius referente Suetonio *factioni Venetae ita erat addictus, ut ei semper faveret*; ex adverso Caligola sic erat Prasinae factioni deditus, ut coenaret in Stabulo assidue, & maneret.

Pro-

(a) *Tertullian. de spectao. cap. 9.*
(b) *Cassiodor. lib. 3. Variar. Epistolar. 51.*
(c) *Raderus cap. 4.*
(d) *Julius Caesar. Pollux. lib. 3. cap. 30.*
(e) *Vulpian Leg. Atleth. DD. de his, qui not. in F.*

Prope Frequentum in Irpinis obſervatur haec inſcriptio, quae de Auriga factionum ita loquitur:

Q. CEPIDIO. NIGERIO.
AVFVSTIANO.
INVICTO. AVRIGATORI.
IN. FACTION. VARIS. PLV
RIES. AGITATO. SEMPER.
VICTORI. AB. IMP. DOMI
TIANO. AVG. CAES. PLV
RIES. CORONATO. PRE
MISQVE. V. III. AVCTO. P. S.
VIX. ANN. LXIV. M. III.
LVCILIA. APPVLEIA. VXOR.
M. B. FEC.

A Roma antiqua ad Novam, nempe Conſtantinopolim tranſiere Circenſes, ut ait Chorippus (a)

Et jucunda novae Circenſia gaudia Romae.

Ac Auſonius

Amplificata loci ſpecies, populique voluptas,
Circus.

De Conſtantinopolitano Circo Honuphrius Panvinius integrum opuſculum concinnavit. Si quis vero in hiſce Surrentini ruderibus quaerat carceres, obeliſcum, Delphinas, ova, ceteraque, quae in Romano extitiſſe, ſat norunt Philologi, is ſecum reputet, longiſſimi temporis diuturnitate, & injuria omnia excidiſſe, ſicuti & Romanum, & Conſtantinopolitanum illum celebrem Hippodromum dictum a Severo Imperatore tanto labore, & ſumptu coeptum, & a Conſtantino M. ad umbelicum productum, de quo Zoſimus; ceu & illum non minoris famae Mediolani, alioſque aliis in Urbibus, quorum ferme nulla adhuc ſuperſunt veſtigia. In hoc Surrentino fuiſſe inſcriptionem, quae incipit:

LVCIO. CORNELIO. L. F. C.

adſerit Julius Caeſar Capacius, quae nunc in Divi Antonini ſervatur, ex quo colligere eſt, Surrentinos Cives gentilium ſuperſtitionum aemulatores ſaepius Circenſes ludos egiſſe, quorum Romanis ſatietas fuit; ut Juvenalis (b)

Nam

(a) *Choripp. lib.1. pag.17. edit. Pariſ. ann.* 1610.

(b) *Juvenal. ſatyr.10. pag. 306. verſ. 78. & ſeq. Edit. Pariſ. apud Fredericum Leonard.1684.*

Nam qui dabat olim
Imperium, fasces, legiones, omnia; nunc se
Continet, atque duas tantum res anxius optat,
Panem, & Circenses.

Et Satyra tertia:

Si potes avelli Circensibus, optima Sorae,
Aut Fabrateriae domus, aut Frusinone paratur.

Horum autem ludorum appellationem desumptam, vel a circuitu, in quem quadrigae ferebantur, vel a circuli forma, licet in oblongam, ovatamque vergente, vel a Circe venefica, quae ludicrum id certamen ad Solis imitationem excogitavit, ut putat Chorippus Africanus (a):

Solis honore novi grati spectacula Circi
Antiqui sanxere Patres.

Excitatam insuper Soli in Circo aedem, & effigiem docet Tertullianus (b). Ceterum non Soli tantum, sed Cereri, Conso, aliisque Diis sacrata ea spectacula volunt, sicuti in Circo Surrentino Templum extabat Circes lapillis perlucidis ex musivo opere affabre extructum, & pavimentum ex texellis, a quo plusquam triginta columnas distractas superioribus annis fatentur Majores nostri, quarum quaedam erant ex porphyrite, quaedam vero ex bisalte; Ara e pario marmore adhuc hic visitur in via exposita juxta aedem SS. Felicis, & Baculi: ex columnis duae marmoreae in ipsa via consepultae ex parte conspiciuntur: Naumachiae inibi potissimum exercebantur, ut ait Martialis (c):

Quid quid & in Circo spectatur, & Amphitheatro
Dives Caesareo praestitit unda tibi.

Hisce magnificentissimis antiquitatis vestigiis rite Surrentum superbit, & Romae Reginae Orbis quodadmodo adumbrasse majestatem non immerito gloriatur.

Forum quoque Surrenti extabat, & etiamnum in ea Urbis parte, quae Portam respicit vulgo *Parsano* dictam, idest, Pars Sana, vetustissimae substructiones cernuntur. Fora apud Romanos duplicis fuere generis, ut cuique mediocriter in historia R. versato palam est, Venalia, & Civilia, seu Judicialia; in Urbe vero primarium Judiciale Forum appellabatur, eratque Latinum, & vetus, ubi e rostris perorabatur, quibus Forum deinde Julii Caesaris, &

V Au-

(a) *Choripp. African. lib. 1. pag. 16.*
(b) *Tertullian. lib. de Spectacul.*
(c) *Martial. lib. de Spectacul.*

Augusti additum fuit, ut refert Suetonius, ob multitudinem Oratorum, & causarum; praeter haec duo alia accessere, nempe Divi Nervae, & Trajani. Hoc ingens spatium, in quo causae agitabantur, comitiaque fiebant, carbasis sericis velari, obtegique curavit Marcellus Octaviae Augusti sororis Filius Aedilis. Cato vero ille tetricus maxime improbavit a deliciis, & sumptu superfluo abhorrens, se id potius acutissimis lapidibus straturum mussitans, ut Oratores magis, magisque brevitati prae offendiculo pedum studerent, sive mavis, ut eos omnino eo loci eliminaret, exturbaretque (quamvis ipsemet non quidem circumforaneo eloquio, sed gravi arte dicendi plurimum polleret) aversatus illorum licentiam, qua Romanam Plebeculam aurea quadam catena, & gubernaculo linguae ad quaelibet audenda pertrahebant. Quo autem modo efficere possent, ut a toto pene infinito P.R., cum concionem haberent, exaudirentur, quaestionem excitandi ansa datur curiosis, quam tamen solvere videtur illa sententia, quae in Proclamatoribus, nedum Rabulis, & Causidicis exigit *solutam linguam*, *canoram vocem*, *latera firma*; unde Cicero in Oratione pro Ligario inquit: *Quantum potero, voce contendam, ut me Populus Romanus exaudiat*. In comitiorum loco quatuor adsurgebant Basilicae, nempe Pauli, Opimii, Juliae, & Portii Catonis, subtus quam Tullianus ille squalidissimus a Tullio Hostilio excavatus carcer horrorem intentans, & ante illum ingens Colossus marmoreus, Marphorius appellatus, qui e Nardi Foro vulgo Marphorii nomen est mutuatus; etsi alii Jovis Panarii Colossum fuisse putent. Erat ibidem columna dicta *Aureum Milliare* prope Aedem Saturni, a qua milliarium mensura petebatur. Suetonius loquens de Othone (a) inquit: *Descendensque per aedes, quae Tiberii vocantur, gradiebatur in Forum, ubi stabat columna aurea, in qua incisae omnes Italiae viae finiunt*. (Haec aurea columna ab Imp. Nerva, & Hadriano pene collabens restituta in Capitolio fuit reposita) & circum circa eandem varia Nymphea, aliaque signa, & ornamenta admirabantur. Surrenti nihil hujusmodi impraesentiarum superest, praeter locum in meditullio fere civitatis (sicuti erant Fora Romana sita, & aliarum peraeque gentium) qui adhuc a Foro *Fuoro* appellatur, & nonnullas ejusdem ruinas, ruderaque prisci Fori Judicialis vestigia, in quo erecta erat sequens marmorea inscriptio a Julio Caesare Capacio relata, quae tamen nunc in

(a) *Sueton. in Vit. Othon.*

in Porticu Cathedralis Ecclesiae legitur :

ARRVNTIO. P. F. L. N. MEN. RVFO.
EIEDIO. PROCVLO.
VIX. ANN. XXIII.
HIC. DECVRIONES. STATVAS. DVAS.
ALTERAM. EX. PECVNIA. PVBLICA.
ALTERAM. EX. AERE.
A. POPVLO. CONLATO.
IN. FORO. PONENDAS. DECREVERVNT.

Foro adhaerebant Curia, Aerarium, Carcer, ut ait Vitruvius (*a*): *Aerarium, Carcer, Curia Foro sunt conjungenda, sed ita ut magnitudo symmetriae eorum Foro respondeat*. Templum insuper ibi erectum erat, cujus etiam conspiciuntur ex lateritio opere reliquiae; cui vero Numini esset dedicatum, in obscuro est. Pantheon fuisse Surrentinorum tenet traditio, ad instar ejus, quod Romae fuerat excitatum ab Agrippa Augusti Genero in honorem omnium Deorum, vel illius ab Hadriano Imp. aedificati Athenis centum viginti columnis marmoreis phrygii operis, & insigni Bibliotheca, ac Gymnasio exornati. Spectantur passim in propinquis domibus columnae partim innixae fornicibus, partim exesae, & infractae, & busta, ac monumenta huc illuc sparsa, atque disjecta. Porro nos Vestae potius Aedem fuisse reputamus, praesertim quia propriis oculis inspeximus e regione muri ejusdem Templi Aram Vestae, cum scrobe ad ignem sacrum continendum, cumque ejusdem Deae inscriptione in illius basi collocata. Duplicem Vestam Deam antiqui habuerunt, primam Saturni, & Opis Filiam, quam pro Rhea, seu Terra colebant, quasi vi sua staret, prout Ovidius (*b*):

Stat vi Terra sua, vi stando Vesta vocatur.

Alteram, quae ignem sacrum conservaret, a verbo Graeco ἑςία, ut ait Cicero; alii vero ab Hebraeo אש esch, quod flammam denotat, Nullum Vestae simulacrum assurgebat, quoniam ex igne nihil effici potest, aut efformari, uti Ovidius expressit (*c*):

Nec tu aliud Vestam, quam vivam intellige flammam,
Nataque de flamma corpora nulla vides.

Et paulo post:

Ignis inextinctus Templo celatur in illo

 Effi-

(a) *Vitruv. lib. 5. cap. 2.*
(b) *Ovid. Fastor. lib. 6. vers. 299.*
(c) *Ovid. Fastor. lib. 4. vers. 291. & 297.*

Effigiem nullam Vesta, nec ignis habent.

Vestales Virgines Romae quatuor ab initio creatae a Numa fuere Gegamia, seu Gegania, Berania, seu Verania, Camilera, & Tarpeja; Tarquinius vero Priscus, sive Servius Tullius Rex duas alias adjunxit; itaque numquam sextum excessere numerum, nisi Sancto Ambrosio suffragari velimus, qui septem extitisse asseverat. Si aliqua ex iis a viro compressa fuisset, viva consepeliebatur prope portam Collinam in loco appellato *Campo Scelerato*; uti Domitiani Imperatoris jussu Vestali puellae e Cornelia gente miserrime contigit. Antequam vero in foveam demergerentur, a Pontifice Maximo vestibus exuebantur, quas plorantes ipsae exosculabantur, id, quod cecinit Valerius Flaccus (a):

Ultima Virgineis tum flens dedit oscula vittis.

Si vero illarum ullam e vivis abire accidisset, lege Papia sortes coram populo, & Pontifice Maximo extrahebantur, & quae obtinebat, ab eodem Pontifice consecrabatur hac formula: *Sacerdotalem Vestalem, quae Sacra faciat, quae jussi, & Sacerdotalem Vestalem facere pro Populo Romano Quiritibus, uti quod optima lege fiat, ita te Amata capio*; interea vero Virginis capillos tondebat Pontifex. Munus Vestalium erat Sacrum ignem perpetuo conservare. Narrant Caecilium Metellum in flammas se ultro conjecisse, quo vasa sacra Templi Deae Vestae conflagrantis eriperet, & ex templo orbatum oculis ex temeritate fuisse. Magno in honore semper habitae sunt Vestales, ita ut & locum illis vel ipsi Consules cederent; & si quis eis insultaret, morte mulctabatur; si vero quemquam supplicio destinatum offenderent, a nece liberabant. Illarum Sacerdotium a Theodosio Imperatore abrogatum, de quibus Virgilius, Ovidius, Plutarchus, Titus Livius, Pitiscus (b). Id Vestae Templum ab omni sorde Ethnica purgatum in Cathedralem Ecclesiam Surrentini verterunt sub titulo SS. Felicis, & Baculi circa finem septimi seculi, ut putat Ughellus (c); quod usque ad annum MCCCCL. perduravit, quo tempore sub Domitio Falangola meritissimo Archiepiscopo Surrentino jacta sunt fundamenta novae Cathedralis Ecclesiae sub patrocinio SS. Philippi, & Jacobi, quam mirum immodum ampliavit Cardinalis Remolinus Archiepisco-

(a) *Valer. Flacc. Argonaut. lib. 8. vers. 6.*

(b) *Valerius Max. lib. 1. Ex. 6. & 7. Plutarchus in Numa, & in Camillo. Titus Liv. lib. 1. Dionysius Halicarnass. lib. 12. Pitisc. Lexicon. Antiquit. in Vest. Demsterus Antiquit. Roman. lib. 41. &c.*

(c) *Ughell. tom. 6. Ital. Sac. pag. 607. Edit. Venet.*

piſcopus Surrentinus ann. MDX. (a); & magnifico ſumptu, atque impenſa reſtauravit, exornavitque tabulis, picturis, contignatione, proſpectu Philippus Anaſtaſius Archiepiſcopus Surrentinus, & Patriarcha Antiochenus Patruus Noſter; & nos Aras omnes ex marmore, ac duplicem Orcheſtram ex auro, aliaque non vulgaria ornamenta addidimus.

Inſignis quoque, & Regia majeſtate digna adſurgebat Surrenti Domus, & Villa Pollii Aſinii, cujus nos quotidie reſpicimus ingentes ruinas, necnon picturas, balnea, thermas ex opere reticulato, & pavimentum ex texellato in loco dicto *Puolo*, quae quamvis collapſa certe miraculo ſunt ſpectantibus. Haec plane Villa magnificis, & admirabilibus aedificiis, templis, columnis, ſignis, imaginibus exornata per decem ferme ſtadia eo uſque excurrebat, ubi nunc a dictae Villae nomine dicitur *Villazzano*. De ea ſic cecinit Statius (b):

Eſt inter notos Syrenum nomine muros,
Saxaque Tyrrhenae Templis onerata Minervae,
Celſa Dicarchei ſpeculatrix Villa profundi.

Et poſt pauca (c):

Hic Pater ipſe loci, poſitis Tirynthius armis
Inſudat, validaque ſolum deforme bipenni,
Cum grave nocturna Coelum ſubtexitur umbra,
Ipſe fodit, dives Capreae, virideſque reſultant
Taurubulae, & terris ingens redit aequoris echo.

Et lib. 2. verſ. 26. pag. 33.

Mira quies Pelagi: ponunt hic laſſa furorem
Aequora, & inſani ſpirant clementius Auſtri;
Heic praeceps minus audet hyems, nulloque tumultu
Stagna modeſta jacent, dominique imitantia mores.

Nihil oppido ad voluptatem, & animi illecebras fingi poteſt hoc ſitu amoeniſſimo accommodatius, nihil magnificentius, nihil jucundius; praeſto in mentem venit illud Senecae de Romanis aedificiis (d). *Aſpice*, inquit, *quam poſitionem elegerunt, quibus aedificia excitaverunt locis, & qualia: ſcias non villas eſſe, ſed Caſtra.*

Hujus Dominum Pollionem Romanum Conſulem illum faciunt, cui Poetarum Princeps Maro quartam inſcripſit Eclogam, quae ſic orditur:

Sice-

(a) *Vide Ciacconium tom. 3. pag. 202. & Ughell. in Ital. ſac. tom. 6.*

(b) *Statius Sylvar. lib. 2. pag. 32. verſ. 1.*

(c) *Idem lib. 3. verſ. 125. pag. 53.*

(d) *Senec. Epiſtol. 51. pag. 469. Edit. Antuerpiae 1652.*

Sicelides Musae paulo majora canamus.

In qua recens nato filio Pollionis divinam tribuere videtur originem cum nostro Servatore confundens his versibus:

Jam redit & Virgo, redeunt Saturnia Regna:
Jam nova progenies Coelo demittitur alto.
Hoc Duce, si qua manent sceleris vestigia prisci,
Irrita perpetua solvent formidine terras,
Totus ab integro seclorum nascitur ordo.

De eodem Pollione Horatius lib.2.satyr.10. mentionem facit.

Hic vivebat Augusti aetate, & Consul creatus fuit cum Gneo Domitio Calvino anno Urbis DCCXIV., triumphavit e Dalmatis, nam Marci Antonii partes susceperat. Scripsit historiam Romanam libris septendecim, uti testatur Svidas: optimus quoque Poeta, & Orator fuit, mortuus est anno decimo tertio Christianae salutis. De eo Dionysius (*a*), Vellejus Paterculus (*b*), Plinius (*c*), Tacitus (*d*), Svetonius, Valerius Maximus, Seneca, Fabius, Macrobius, Eusebius, Vossius, Gesner &c. Illius filius Asinius Gallus fuit etiam Consul cum Marco Censorino anno Urbis DCCXXXXVI., qui etiam egregius Poeta, duxitque in Uxorem Agrippinam Vipsaniam filiam Agrippae, quae magnam illi conflavit invidiam apud Tiberium Imperatorem, mortuusque est anno ejusdem Tiberii decimo nono, & trigesimo secundo Aerae Christianae (*e*).

Statius vero Papinius, qui eam villam mirifice collaudat, quique carmen in laudem conditoris Pollionis nuncupat in suo Hercule Surrentino, multos post annos floruit tempore nempe Domitiani Imperatoris integrum circiter seculum post Christum natum, eique Imperatori Thebaidem, & Odysseam dedicavit. Nos igitur arbitramur hunc Gallum Asinium Pollionem facile Surrentini operis excitatorem fuisse; nam quod nonnulli asserunt, Pollium Civem Neapolitanum *ditissimum, & potentissimum*, vel Puteolanum, uti vult Claudius Beraldus (*f*) illud erexisse, inter fabulas amandamus, & potius cum Luca Holstenio sentimus, Pollii Romani Magnatis opulentissimi structuram esse (*g*). Non enim ea tribuenda insignis fabrica privato homini, aut etiam Neapolitano Consuli, uti cuilibet spectanti patet, sed Romano

mano

(a) *Dionys. Halicarnas. lib. 68.*
(b) *Vellejus Paterc. lib.2.*
(c) *Plin. lib.7. cap.30.*
(d) *Tacit. lib.1. Annal.*
(e) *Vid. Lil.Girald.de Poet. dial.8.*
(f) *Claud.Berald. in vit. Statii.*
(g) *Lucas Holsten.not.ad Cluver.lib. 9. pag.1892.*

mano Consuli, aut etiam Imperatori; quod tamen vero propius accedere videtur Annii Pollionis Veri structuram esse, qui etiam Romanus Consul fuit, & Statii aetate floruit, de quo Dio (a). Nec difficultatem creat, Polliones illos, istum vero a Statio designatum Pollium dici; nam licentia Poetica, & ad metrum condendum id fieri facile potuit, atque etiam fingi suo aevo factum, quod ante praecesserat.

Penes hanc elegantissimam villam plurima sese offerebant spectatoribus Templa, quae idem Statius innuit:

Saxaque Tyrrhenae templis onerata Minervae.

Praecipuum Minervae erat, ex quo nomen sumpserat Promontorium, vel a Graeco idiomate Ἀθηναῖον, cujus adhuc videre est ibi Epistylia columnarum cum noctua insculpta, quod ipsius Deae est symbolum. Magnam contentionem extitisse inter Minervam, & Neptunum, vates fabulantur, utri ex duobus nomen Athenis imponere fas esset: pactum inter ipsos initum illi licere, qui inventum aliquod in medium praestantius protulisset. Neptunus Tridentis ictu equum in medium eduxit, Minerva autem olivae arborem constituit, quae potior, ac conducibilior humano generi existimata fuit, utpote quae pacis tesseram praeseferret. Minervales Feriae a Romanis celebrabantur, quo tempore abstinebant a gymnasio discipuli, & hoc mense *mercedes exolvebant Magistris, quas completus annus deberi fecit*, ait Macrobius (b).

Alterum erat Junonis Argivae templum, de quo cecinit idem Statius:

Despicit, & tacite ridet mea Numina Juno.

Juno Jovis soror, & conjux juxta Virgilianum illud:

Ast ego, quae Divum incedo Regina, Jovisque
Et soror, & conjux (c).

Sicuti Juppiter, dicta fuit a juvando, uti vult Cicero; quare Terentius Glycerium ita loquentem introducit: Juno Lucina fer opem. Parturientibus enim praeerat, & steriles, & infecundae per Sacerdotem Junonis Lupercalem fecundae reddi putabantur tactu virgae; proinde Lucina, Opigena, Juga, Domiduca, Cynthia, Unctia, Fluonia dicebatur; Lucina a lucendo, quia hominibus in lucem edendis subveniebat; Opigena, & Obstetrix, quia suc-

(a) *Dio lib. 66. Tilemont dans l'Istoire des Empereur tom. 2. not. 6. Sur Domitieu.*

(b) *Macrob. Saturnal. lib. 1. cap. 12. Vid. Hesiod. in Theog. Pausan. in Attic. Cicer. de Natur. Deor. lib. 3. Ovid. Metamorph. Cartar. de Imagin. Deor. &c.*

(c) *Virgil. Aeneid. lib. 1. vers. 46.*

mulieribus cubantibus opitulabatur; Juga, quia conjugibus succurrebat; Unctia ex unctione conjugum; Cynthia, quia cincendis nuptis praesidebat; Fluonia, quod sanguinis fluorem puerperis extinguebat, uno verbo Juno mulieribus tamquam custos Angelus, sicuti Genius viris colebatur. Appellabatur itidem Juno Caprotina, Moneta, Sospita, Regina, Calendaris (a) &c.

Tertium Triviae Phanum, quae Luna, Diana, Proserpina credebatur, ut ex illis versibus:

Terret, lustrat, agit Proserpina, Luna, Diana,
Ima, Suprema, Ferox, Sceptro, Fulgore, Sagitta.

Dicta quoque fuit Trivia, uti ait Varro (b), *quod in Trivio ponitur*, & a Catullo; *Tu potens Trivia*, nec non Virgilio (c):

Nocturnisque Hecate Triviis ululata per Urbes.

Propterea Triceps (d), seu Triformis etiam appellata fuit, quemadmodum cecinit Ovidius:

Per Triplices vultus, Arcanaque Sacra Dianae,
Et si forte alios gens habet ista Deos.

Syrenum vero augustius extollebatur Phanum, ut legere est apud Strabonem (e): *A Surrento vicinis locis usque ad fretum, quod est juxta Capreas, cubito similis quidam terrae flexus interjacet, ab altera montani lateris parte Syrenum Phanum habens, ab altera ad Posidoniatem sinum tres exiguas insulas desertas, ac saxosas, quae vocantur Syrenusae, & in ipso trajectu Minervae templum, a quo nomen habet etiam ille cubitus.* Et alibi (f): *Pompejis contiguum est Surrentum Campanorum; unde prominet Athenaeum, seu Minervae Promontorium, quod alii Praenussum vocant. Eo in Promontorio Phanum est Minervae ab Ulysse conditum; indeque in Capreas Insulam brevis trajectus. Ubi id circumflexeris, Insulae occurrunt solae, & saxosae, quas Syrenusas dicunt. Ea parte, quae Surrento est objecta, templum quoddam monstratur, & Donaria vetusta eorum, qui locum vicinum sunt venerati. Atque hic loci finitur sinus, qui Crater appellatur, duobus ad meridiem spectantibus Promontoriis inclusus Miseno, & Athenaeo.* Tres colebantur Syrenes, Parthenopea, Ligea, & Leucosia (g).

Ele-

(a) *Vid. Homerum Hesiod. Theog. Apollodor. Hygin. Cartar. de Imagin. Deor. Natal. Comit. Lilium Girald. Ciceron. de divinat. lib. 1. Lucan. Pharsal. Danet. de Junone.*

(b) *Varro lib. 7. LL.*

(c) *Aeneid. 4.*

(d) *Ovid. Fast. 2. Vid. Gisbert. Creper in monum. antiq. pag. 206.*

(e) *Strab. rer. Geograph. lib. 1. pag. 22. lit. C.*

(f) *Strab. lib. 5. pag. 247. lit. C.*

(g) *Vid. Homer. Strab. Ovid. Bocarthi Chanaan &c.*

Elevanda occurrit hic difficultas, quae ab Apollonio Rhodio mota videtur (a) asserente nequaquam Surrentinas habitasse oras Syrenes, sed alia in Insula Florida vocata:

Est Insula protinus illis
Fertilis aspectu, & florens; coluere canorae
Syrenes illam proles Acheloja.

Dubium dirimit Strabo (b): *Nam Syrenes ab aliis ad Peloriadem collocari, ab aliis apud Syrenusas duobus amplius stadiorum millibus dissitas; esse autem scopulum tricipitem, qui Cumanum sinum a Posidoniate distinguat; at enim neque scopulus iste trivertex est, neque omnino in altum extollit cacumen, sed a Surrento vicinis locis usque ad fretum, quod est juxta Capreas, cubito similis quidam terrae flexus interjacet, ab altera montani lateris parte Syrenum Phanum habens, ab altera ad Posidoniatem sinum tres exiguas insulas desertas, & saxosas, quae vocantur Syrenusae, & in ipso trajectu Minervae templum*. Acu hic tangit laudatus Scriptor Surrentinum Promontorium, & tres parvas insulas vulgo dictas *delli Galli*, quas ita describit Lucas Holstenius (c): *D. vel D C. passuum intervallo tres scopuli objacent, vulgo li Galli dicti, quorum duo speculas sustinent, tertius plane desertus; singuli eorum vix viginti passuum freto distinguntur.*

Herculi insuper, & Neptuno dedicaverat templa Pollius hic Musarum amicus magis, quam militiae, aut togae, ut Statius de illo affirmat:

Hic seu Sidereas exercet Pollius artes,
Seu voluit monitus, quos dat Gergeticus Auctor.

Tres Hercules fuisse tradit Diodorus Siculus (d), Cicero sex, Varro quadraginta tres, quorum antiquiorem facit Herodotus Aegyptium, & credunt septemdecim mille annos ante Amasim vixisse. Nonnulli illum Hebraeo אשכול Escol, mutata litera S, in R comparant, qui cum Abrahamo societatem iniit, ac contra Amraphel, Ariok, Codorloomor, & Thadal manus conseruit. Alii magno Josue Israelitarum duci pugnacissimo conferunt; propter hoc trinoctio genitum putant, ut moram illam a Josue soli injectam ob Gabaoniticam pugnam exprimant ex compacto: finxerunt quandoque Poetae solis radiis adustum Herculem sagittas in eum intendisse, Athlantemque Coelum humeris gestantem sublevasse: arma quoque a Mercurio, Apol-

X

(a) *Apollon. Rhod. Argonaut. lib.* 4.
(b) *Strab. lib.* 1.
(c) *Lucas Holsten. pag.* 1175.
(d) *Diodor. Sicul. lib.* 4.

Apolline, & Vulcano accepisse, uti fabulatur Apollodorus (a). Magum insuper, & praestigiatorem fuisse asseverat Diodorus (b). Adversus Anthaeum Gigantem profectum, refert Cleodemus (c), & post hunc devictum coronatum a Mercurio; quapropter παραςητειν cognomento dictum narrat Pausanias, hoc est Satellitem, Stipatorem, & Custodem, quod ex antiquis marmoribus eruitur. Ex Eurysthei arbitrio, ac nutu per omnia pependisse; Acheloum amnem fracto cornu domuisse, quod interpretantur Mythologi, intumescentem unum ex ejus fluvii alveis per colliquias, & incilia alio derivasse, & post transitum in pristinum cursum reduxisse, Tricorporem Geryonem prostrasse, & Gigantes debellasse, postque debellatos duodecim Diis aras erexisse; hinc factum ut Hercules Belus, seu Bencal cognominatus fuerit, veluti perhibet Cicero (d), quod dominum significat. Haec omnia eo collimare videntur, ut Josue egregia facinora repraesentarentur, qui in partem curarum Mosis fuerit adscitus, eumque Sinai montem subeuntem tamquam e latere custos sit comitatus; Imperio Mosis arma sumpserit, & tractaverit, atque inusitatis prodigiis innumeras victorias ab hostibus reportarit; adversus Enacaeos Gigantes bellatum iverit; postque interfectos Og, & Sehon, transmissumque Jordanem duodecim lapides a viris duodecim e duodecim Tribubus selectis constitui jusserit in Castris ad perpetuam facti memoriam. Verum hisce in Herculeis fabellis operae pretium est Ciceronis illud usurpare (e): *Magnam molestiam suscepit, & minime necessariam primus Zeno, post Cleanthes, deinde Crysippus commentitiarum fabularum reddere rationem*. Elianus vero Herculem dictum putat ηρακλειον ab ηρη hoc est Junone, & κλεος, idest gloria, quod Junonis gloriosus filius fuerit. Inter varia ejus nomina est illud Romulei, seu Romani, quem Sancum, Sanctum, & Fidium appellabant Varro, Festus &c. (f) Herculem Ethnici faciebant heroem quemdam eximium diu inter mortales versatum, qui egregia quaeque, & grandia ausus esset, monstra subjicens, & tyrannos refrenans, atque submittens inter Deos relatum, ut exemplum virtutis, & gloriae hominibus proponerent, Solemque illum esse existimabant; ideoque duodecim Herculis virtutes, seu labores duodecim Zodiaci signis respondere volebant, sic Lucretius

(a) *Appollodor. lib.2.*
(b) *Diodor. lib.3. & 5.*
(c) *Cleod. apud Euseb. Praep. Evangel. lib.9.*
(d) *Cicer. lib.3. de Natur. Deor.*
(e) *Cicer. lib.3.*
(f) *Varr. lib.4. de Leg.*

tius (a), Ovidius (b), Seneca (c), Silius Italicus (d), Sidonius Apollinaris (e), Claudianus (f), Martialis (g), Ausonius (h), Quintus Calaber (i), aliique. Plures statuas Herculi servatori, & custodi erectas veteres inscriptiones indigitant, veluti illa Tarenti reperta (k):

HERCVLI. SANCTO.
SERVATORI. VICTORI.
TRIVMPH. PRO.
SALVTE. VICTORIA. IMP.
CAES. M. A. CARI.
EX. VOTO. ORD. TARENT.

Hinc situs Herculei, si vera est fama, Tarenti (l).

Neptuno tandem idcirco sacraverat Aedem Pollio, quia illum terrae, aedificiorumque concussorem antiqui reverebantur, sicuti & maris Patrem, & Dominum; quare Enosicthonus, & quandoque Enosigaeus appellabatur, quasi terrae concussor, Macrobius (m), & Juvenalis (n):

Ipsum compedibus qui vinxerat Enosigaeum.

Et Virgilius:

Neptunus muros, magnoque emota tridenti
Fundamenta quatit.

Hippium quoque, seu Equestrem vocabant, quod mari celerrime iter peragatur. Quapropter Circenses ludi eidem erant dicati (o). Neptunus etiam Asphalius dictus a Graeco nomine Ασφαλείος, quod securitatem significat, ex eo quia maris tranquillitatem praestabat. Consus itidem appellabatur, quia ab illo consilia proba petebantur. Σεισιχθων quoque graece denominabatur ἀπὸ σείω, & χθων, hoc est terrae concussor. Bucardus existimat Neptunum Sacrae Scripturae Japhet exprimere (p). Hinc Ne-

 ptu-

(a) *Lucret. lib.5. vers.22.*
(b) *Ovid. Metamorph. lib.9. vers.182.*
(c) *Senec. in Traged. Agamen.& Hercul. Furio.*
(d) *Sil. Ital. Punicor. lib.3. vers.32.*
(e) *Sidon. Apollinar. Carm.13. & 15.*
(f) *Claudian. de Rapt. Proserp.*
(g) *Martial. lib.9. Epigram.104.*
(h) *Auson. Edyl.19.*
(i) *Quint. Calaber. lib.6.*
(k) *Apud Franciscum Pratillum della Via Appia lib.4. cap.9. fol.498.*
(l) *Aeneid.3. vers. 551.*
(m) *Macrob. lib.17.*
(n) *Juvenal. lib.1. cap.17.*
(o) *Gooduvin. Antiquit. Roman.cap.6.*
(p) *Bocard. cap.1. pag.9. & 10. Pitisc. Diction. Antiq.*

ptunales feriae, & ludi, Thomas Demster (a), Rosinus (b), Varro (c), Vossius (d), &c.

In hanc Villam Pollio iste aeque doctus, & locuples, animi causa divertere consueverat, quo illum Statius e Neapoli conveniebat, in ejusque gratiam carmen sub nomine Herculis Surrentini composuit, ut in epistola ad Meliorem Amicum suum inquit (e): *Pollii mei Villa Surrentina, quae sequitur, debuit a me vel in honorem eloquentiae ejus diligentius dici; sed amicus ignovit.*

Haec itaque duo Templa Herculi, & Neptuno ideo sacraverat Pollio, ut prior terram illam ab ingruentibus rupibus tutaretur, ac defensaret, ne complanatam magnis sumptibus Villam obrumperent, aut diffringerent; alter ut ab Aedibus vicinum aestum, ac fluctus prohiberet, averteret, & maris malaciam daret; quemadmodum Statius ipse cantavit (f):

Ante Domum tumidae moderator coerulus undae
Excubat, innocui custos Laris; hujus Amico
Spumant templa salo; felicia rura tuetur
Alcides, gaudet gemino sub Numine portus.
Hic servat terras, hic saevis fluctibus obstat.

Stagnum prope eam maris immane patebat, & nunc etiam patet, in cujus umbilico sese erigebat fons mira arte constructus, a quo per subterraneos ductus, & cuniculos dulcis lympha exiliebat, marinisque aquis immiscebatur, per cujus stagni fornicem fabrefactum cymbis, & phaselis ingredi dabatur, quibus Naumachiae spectatissimae instruebantur, dignae sane visu, & quae omnem exuperant fidem; quod ita expressit Statius:

Gratia prima loci, gemina testudine fumant
Balnea, & e terris occurit dulcis amaro
Lympha mari: levis hic Phorci chorus, udaque crines
Cymodoce, viridisque cupit Galatea lavari.

Inter reliquas Surrentinas antiquitates refert Capacius (g) fuisse inventam in aedibus Francisci Vulcano Viri Patritii Surrentini hanc inscriptionem:

ECTO.

(a) *Thomas Demster. Paralip. in Johan.* *Rosin. Antiq. Roman. lib.4. cap.11.*
(b) *Rosin. cap.4. lib.11.*
(c) *Varr. de ling. latin. lib.5.*
(d) *Vossius de Idololatria lib.5. cap.15.*
(e) *Statius in Praefat. ad Melior. lib.5. Silvar. pag.* 16.
(f) *Statius Sylvar. lib.* 2. *Sylv.*2. *pag.* 33. *vers.*21. *& seq.*
(g) *Capac. Histor. Neapol. lib.*2. *cap.*12. *pag.* 108.

ECTO. NYMPHAEO. (CORRIGE. ERECTO. NYMPHAEO)
CVM. PLVMBO.
SVRRENTIN. DEO.

Plura Romae fuisse constructa Nymphaea, seu Lymphaea tradit diligentissimus Collector Nardinus, qui ad quindecim enumerat, inter quae celeberrimum fuit illud Severi Imperatoris, quod septizonium appellatum est, septem scilicet porticibus cum stylobatis, quasi zonis extructum. Et, quid sibi velint Nymphaea, explicat Nicolaus Bergerius [a]; *Nymphaea, sive Nympaea, quae inter aedificia publica erant, in quibus nuptiae celebrari solebant, Lymphaea itidem similia erant nostris cryptis artificiosis, sive antris delicatis, qualia in hortis magnatum, & splendidorum virorum amoenioribus hodie videntur, sic dicta a Lymphis, quae per diversos tubulos, canaliculos, fistulas, cavernasque occultas, undique cum impetu improviso prosiliebant in otiosos spectatores, eosque aspergine madefaciebant, cum toti haererent in perlustrandis, & considerandis horum aedificiorum ornamentis.*[b] Ex quibus constat Nymphaea fuisse publica loca, ubi cryptae artefactae, in quas per ductus, & cuniculos aquae prosilientes in vivaria, & receptacula quaedam profluebant, picturis, & imaginibus Nympharum, aliorumque Numinum exornata. Simile quoddam Nymphaeum in Villa Leucopetrae inter Neapolim, & Herculaneum nunc *Pietra Bianca*, videre est, ad fallendum aestivis horis otium: variaeque illud imagines ex omnigeno concharum genere belle, affabreque effictae expoliunt, inter quas praecipue Pan fistula canens, coeruleo in mari natantes Nymphae, Delphines, Syren, Tauro Europa obequitans; quibus summam venustatem adjungunt quatuor e pario marmore docta artificis manu signa, nempe clava insignis Hercules, Pan fistula, adolescens genius, & nuda Arethusa. Hujusmodi Nymphaeum hodie extat Surrenti cum salientibus aquis per fistulas, & syphunculos in aedibus viri Patritii Equitis S. Johannis Philippi Donnursi amoenissimis, & ad oblectamentum animi unice factis in loco, ubi dicitur *Atiliano* ab Attilio Regulo, cujus inibi rusticae domus reliquiae & semidiruta monumenta cernuntur [c].

Sunt

(a) *Nicol. Bergel. de public. & emit. Imper. Roman. viis lib. 5. Sext. 8.*

(b) *Vide Frontinum, Victor, Capitolin. Filandrum, Vitruvii Commentat, & Olaum Borrichium de antiquae Urbis Romae facie.*

(c) *Gens Attilia Regula celeberrima fuit usque ab anno Romae* 420. *de qua vide Filum Livium lib.* 17. & 18. *Polesb. lib.* 1. *Valerium Maximum lib.* 2. *cap.* 9. *Florum, Eutropium, Orosium, Zonaram &c.*

Sunt qui certo certius affirmant Augustum Caesarem diu Surrenti moram traxisse, inter quos Pacichelli (a): *Si vede in Virgilio, che Augusto si trattenesse in Sorrento, quando egli intraprese a descrivere l'Eneide, e con un voto a Venere conclude,*

Adsis, o Citharaea, tuus te Caesar Olympo,
Et Surrentini litoris ora vocat.

Ne vi è dubbio, che frequentasse più questa Tiberio, che l'alpestre sua Capri. Marc' Aurelio vi dimorò per quelche si comprende negl' aquidotti di piombo, che in Sorrento da sotterra alle volte si scavano col suo nome intagliato. Verum quidquid sit de secessu Surrentino Augusti Caesaris; (nam illos Virgilii versus sic restituendos putamus: E Surrentini litoris aede vocat, non ora, quod metro non constat; adhuc enim supersunt reliquiae Veneris Templi inter utrumque litus Surrentinum, nempe Magnum, & Parvum, ubi nunc dicitur Capo di Venere, & non pauca se produnt vestigia antiquitatis;) certe dubitari non potest, Marcum Aurelium Imperatorem huc divertisse, ubi tot suae magnificentiae, & liberalitatis impressa signa reliquit: est enim Villa in suburbano Surrenti, ubi multa visuntur obsoleta rudera & exesa marmora & *Cesarano* nominatur ab eodem Caesare Marco Aurelio, uti oppidanorum conjectura assequi datur, nec multo ab ea distans alia Villa sub nomine *Casarlano*, hoc est *Casa Aureliana*. Stupendi itidem illi aquaeductus, quorum tubulis plumbeis inscriptum nomen M. Aurelii Antonini Pii F. idem indigitare videntur, & illa inscriptio Surrenti reperta:

IMP. CAESAR.
AELIVS. HADRIANVS.
ANTONINVS. AVG. PIVS.
P. P.
AQVAEDVCT. FONTES.
ET. THERMAS. PVB.
SVA. IMPENSA. RESTIT.
ORDO. DECVRIONVM.
MVNIFICENTIAE. PIENTIS. PRINC.

Atque haec de antiquis Surrentinis aedificiis raptim, cursimque delibavimus; quamvis alia quoque sese offerant expiscanda, & quodammodo ab interitu revocanda. Apparent enim tam Theatri, seu mavis, amphiteatri, quam Crypto Porticus, & Arcuum, aliorumque publicorum aedificiorum vestigia sparsim per Urbem disjecta, quorum Deo dante, clariorem animus est alio in loco

CA-

(a) *Pacichell. fol. 186. tom. 1. del Regno di Napoli in prospettiva.*

exhibere notitiam; nam de immanibus illis Piscinis, & Castellis aquarum, quae integra adhuc permanent, a M. Aurelio Augusto excitatis mox sermo redibit.

CAPUT V.

De Aere Surrentino.

AEris quanta sit vis, & efficacia, quamque in homine partem, vel ad arcendos, vel ad introducendos morbos obtineat, quotusquisque est qui ignoret, aut quotidiano ferme experimento exploratum non habeat? docente Hippocrate Medicorum Antesignano causas fere omnium aegritudinum, quibus humanum genus pertentatur uni potissimum aeri minus sano tribuendas (a): *Atque hactenus quidem quantum aer aliis commodet, diximus. Mortalibus autem vitae, & morborum aegrotis solus is est auctor, tantaque omnibus corporibus aeris necessitas extat, ut, siquidem omnibus aliis abstinet homo, neque cibum sumat, neque potum, possit tamen dies duos, vel tres, & plures ducere. Si vero cui spiritus in corpus viae intercipiantur, in brevi parte unius diei intereat.* Et post pauca: *Vides ergo ex his, quae dixi, quanta communio omnibus animantibus in fruendo aere existat. Subjiciam igitur mox & illud, quod non aliunde unquam verisimile sit, morbos evenire, quam inde, si is, aut plus, aut minus, aut cumulatior, aut morbidis sordibus inquinatior in corpus se ingerat. Sed haec de universa ac re dicta sufficiant. Ad ipsa nunc opera sermonem convertens, demonstrabo, omnes morbos ex hoc* (scilicet aere) *oriundos corporibus nasci, ac generari.* Ad quae alludens nostri temporis doctissimus Philosophus, & Medicus Hermannus Boerhaave advertit de aere: *Fruimur illo, & vescimur assiduo; hunc qualiscumque demum ille fuerit, vitae ratio, & necessitas inevitabilis cogunt, ut inspiremus, espiremusque usque adeo, ut omnia artis auxilia frustra sint, juvet nihil, naturae praesidium omne homines aere carentes* (b).

Aerem esse *vaporationem aquarum*, scripsit Tullius (c); quibus quidem terrae simul halitus adhaerescunt, & implicantur, unaque sursum versus rapiuntur, & vi solaris caloris

(a) *Hippocrat. de Flat. fol. 39.*

(b) *Hermannus Boerhaave in Elementis Chemiae parte 2. artis Theoriae p. 211.*

(c) *Marc. Tul. lib. 2. de Nat. Deor. cap. 10. Aquarum enim quasi vapor quidam aer habendus est.*

ris eatenus attenuantur, ut crassiores exhalationes evanescant, abripianturque, quo fit, ut aer purior reddatur, & respirationi sit aptior. Alii vero aeris substantiam diversam, distinctamque ab aquarum vaporatione faciunt, eamque actuosam, fluidam, subtilissimam, & per exilissimos quosque poros permeantem, quam Graeci Aetherem appellant; sic Virgilius Jovis (nempe Aetheris) omnia plena cecinit, quemadmodum docet idem Boerhaave citato loco, aliique innumeri Philosophi. Tertiam alii comminiscuntur aeris naturam, eam scilicet, quae & a vaporibus, & ab Aethere compacta, ac coagmentata sit, quibus facile adsentimur; non enim ita sumus comparati, ut credamus exhalationes terrae, ac vapores sursum versus vi solis, aut ventis flantibus actos vim elasticam aeris in totum acquirere posse; qua de re tam ex halitibus terrestribus, quam ex Aethere constare, & componi aerem necesse putamus. Hinc est, ut si tellus metallicis, ac fossilibus abundet fodinis: item si lacubus, ac paludibus scateat aer, etsi ceteroqui subtilis, ac saluber, ob istas tamen exhalationes corrumpatur, inficiaturque; quandoque vero mortem, & morbosam contagionem, pestemque hominibus afferat; quare apud Plautum fundus ille ita describitur (a):

Primum omnium olim terra cum proscinditur,
In tertio quoque sulco moriuntur boves.

Quod notavit Johannes Maria Lancisius: *Ex iis igitur omnibus, partim terrarum saliumque inquinamentis, partim fracescentium vegetabilium partim animalium cadaveribus, partim denique eorum, & insectorum sordibus, exuviisque existit putrida illa congeries, ex qua desides aquae labem, noxamque solis calore verberatae concipiunt, & circumfusum aerem solent inficere* (b). Et alibi: *Tenuitas, vel crassities, salubritas, vel insalubritas a diverso quoque concursu aliarum particularum, quas Atmospaera a subjectis, aut vicinis sibi corporibus, aut plagis excipit* (c). Hinc Lucretius philosofatur (d).

. . . . . primum multarum semina rerum
Esse supra docui, quae sint vitalia nobis:
Et contra, quae sint morbo, mortique necesse
Multa volare: ea cum casu sunt forte coorta

Pe-

(a) *Plaut. in Triv.*
(b) *Johan. Maria Lancisius in Elementis Archiatri de noxiis paludum effluviis l. 1. p. 1. cap. 6.*
(c) *Idem lib. 1. cap. 6. de noxiis paludum effluviis.*
(d) *Lucretius lib. 6. de rerum natura.*

Et perturbarunt Coelum, fit morbidus aer.

Quapropter Acherontis illud ostium appellat, cujusmodi etiam sunt Mephites, Avernique lacus inter Neapolim, & Puteolos, quibus idcirco id nomen inditum, quia pestem avibus moliuntur, & αορνοι sunt, hoc est sine avibus:

Principio quod Averna vocant non nomen id absre
Impositum est, quia sunt avibus contraria cunctis (a).

Inter quas Mephites Puteoli accubat crypta, dicta canis, in quam si canis, aut sponte, aut vi compulsus ingrediatur, continuo obstupescit, obtunditur, sensu, ac viribus destituitur, animamque miserrime agit; quod si diutius ibidem detinetur, disperit penitus, ac interimitur: at vero, si, dum occepit intercludi spiritus, sanguisque obrigi, in lacum proximum, vel in liberum aerem sit conjectus, revocatis sensim viribus reviviscit; & de hujusmodi Mephitibus ita fatur Plinius: *Ignium tot locis emicantium perpetua tot seculis incendia: spiritus lethales alibi, aut scrobibus emissi, aut ipso loci situ mortiferi, alibi volucribus tantum, ut Soracte vicino Urbi tractu; alibi praeter homines, ceteris animantibus; nonnunquam est homini, ut si in Sinvessano, aut Puteolano agro; spiracula vocant alii Acharonteas scrobes mortiferum spiritum exhalantes.*

Similia de Ansancti valle accinit Virgilius Maro:

Est lacus Italiae in medio sub montibus altis
Nobilis, & famâ multis memoratus in oris:
Ansancti vallis, densis hinc frondibus atrum
Urget utrinque latus nemoris, medioque fragosis
Dat sonitum saxis, & torto vortice torrens,
Hic specus horrendum, & saevi spiracula ditis
Monstrantur, ruptoque ingens Acheronte vorago
Pestiferas aperit fauces, queis condita Erinnys,
Invisum Numen, terras, Coelumque levabat.

Ad quae ita allusit Jovinianus Pontanus:

Spirat ad Ansancti vallem specus, hinc procul & grex
Et pastor divertit iter, procul evolat ales,
Incidat in saevam pennis ne lapsa Mephitim,
Et cadat infelix subitâ examinata ruinâ.

Hic advertere intempestivum non est, hanc Ansancti vallem in Hirpinis positam non bene in Sabinia, sive Umbria collocasse Pierium Valerianum, Altum Manutium, Leandrum Albertum, Franciscum

(a) *Lucretius de reb. natural.*

ciſcum Floridum, Ludovicum de Lacerda, quos fefellit Virgilii forte locus ille: *Eſt lacus Italiae in medio*. Sed Italiae fines anguſtiores tunc erant, & proinde Hyrpini in media Italia verſabantur, quare inquit Cicero (*a*): *Quid enim non videmus quam ſint varia terrarum genera? Ex quibus & mortifera quaedam pars eſt, ut & Anſacti in Hirpinis*. Et Plinius (*b*): *In Hirpinis Anſacti ad Mephitis Aedem lacum, quem qui intravere moriuntur*.

Horum lacuum, & Mephitium copia Italiam, multoque magis Campaniam obſitam eſſe, & infectam ait Seneca, & noſtris temporibus advertit doctiſſimus Medicus Leonardus a Capua (c). Cumque Surrentinus aer nullis prorſus paludibus, aut metallicis foveis, multoque minus Mephitibus ſit obnoxius, *imo ſubtilis, aethereus, elaſticus, & particulis plerumque ſiccis, hoc eſt ſale quodam volatili aciduſculo abundans* (d), omnium ſaluberrimus, & ad valetudinem, incolumitatemque conſervandam, & vitam ad longam ſenectutem protrahendam unice factus, & ſupra quam dici poteſt, aptiſſimus eſſe videtur; nam, teſte Tullio, priſci multi non dubitarunt affirmare, quod aer nobiſcum videat, nobiſcumque audiat, ſonet, loquatur; & quidquid vita, quidquid ſenſus exercent muneris, aer conficiat; neque enim aut vitalis ſuccus, aut ſanguis per membra dirigi, ac permoveri, neque aut viventium corporum fibrae, aut ex fibris nervi compacti agitari, ſentire, ſuaque obire munia queant; quin tenuiſſimae aeris particulae aſſiduo per exiles corporum canaliculos fluxu, & refluxu inſinuent sese, diſcurrant, permeent, & mutuo ſurſum deorſum trudantur.

Enim vero quemadmodum ab aere craſſo, & a vaporibus, gravibusque halitibus offuſo morbis plerumque conflictamur, & quandoque etiam, ut in Mephitibus accidit, morte mulctamur: ita in amoeno, vernante, aprico, & defaecato aere ſecunda, ut plurimum utimur valetudine, & ſanitate degimus inculpata; quod ſi in aegritudines morbis gliſcentibus forte fortuna incidimus, facile vires reſumimus, firmamur, & incolumitati priſtinae reſtituimur. Porro ſicuti accolarum, & inquilinorum promptus, ſaturus, & vividus color, ac membratura aquarum bonitatem, ita quoque aeris clementiam, benignitatemque commendant.

Itaque Surrentinum Coelum illud eſt, in quo nullam notam, ac

(a) *Cicer. lib.* 1. *de divinat. cap.* 36.

(b) *Plin. lib.* 2. *cap.* 93.

(c) *Leonard. a Capua in tractat. delle Mofete*.

(d) *Vide Johannem M. Lanciſium lib.* 1. *de nox. palud. efflu. par.* 1. *cap.* 1.

ac naeum invenire sit pravitatis; cum neque lini maceratio, neque insectorum multitudo aeris clementiae, ac puritati adversetur;

. . . . . *obnoxia cuncta putrori*

Corpora, putrores insecta animata sequuntur (a).

Sed cuncta sospitatis, ac salubritatis signa manifestissima, quae ad amussim enumerat Palladius (*b*): *Loca ab infimis vallibus libera, & nebularum noctibus absoluta, & habitantium consideratione corpusculorum. Si eis color sanus, capitis firma sinceritas, inoffensum lumen oculorum, purus auditus, etsi faucis commeatus libere voces exerceant: hoc genere benignitas aeris approbatur. His autem contraria noxium Coeli illius spiritum confitentur.*

Non clam est ventorum vi, ac flatu in sanum etiam aerem pravos halitus ab infestis quandoque locis asportari, atque adeo usque deponi, ut illum inquinare soleant; quemadmodum quisque experitur, cum Auster spirat; cujus Hyppocrates inter alia damna refert; quod *caput gravet*. Et Celsus: *Austro flante pestilentes morbos grassari*, *putat*; & Lancisius: *Statim, ac per aestatem auster flare coepit, pestilentes febres in incolas desaevire* (c). Galenus vero ait (*d*), *quendam ex suis sodalibus in lecto cubantem solitum divinare, quis ventus perflaret; nam quoties gravari sibi caput sentiret, statim dignoscebat flantem Austrum esse*. Quod ansam dedit Poetis, ut saepe ventum illum vellicent, & exagitent:

. . . . . . *Pluvioque madescit ab Austro*,

Nec mala me ambitio perdit, nec plumbeus Auster (e).

Hinc est, ut loca Austro supposita, & obnoxia tanta diffluant humiditate, ut marmora ipsa illacrymari, aeraque sudare saepe saepius videantur; nec ambigendum, quin in hujusmodi statu, & conditione magis ponderosus, & gravis reddatur aer, quam sudo, & sicco Coelo; cujus sane rei causam exponere in promptu est; sive enim Auster, qui Graecis νότος a Libyae desertis movens halitus saepe infectorum animalium, collectumque virus deferat, ut putat Lancius (*f*), sive heterogeneis particulis, & crassis impurisque vaporibus exinde asportatis, gravior factus, & exitialior aer quodammodo contabescat; integrum est opinari, semper eun-

(a) *Vide Hyacinthum Alpher. lib. de peste cap.5. Alexandrum Benedict. lib.5. de Febr. pestilen.cap.7. Athanas. Kircher de pest. sect. 1. cap. 3. §.1. num.8. Cardinal. Castald. de avertenda peste cap.258. §.21. pag.763. Lancis. cap.8. de nox.palud. effluv. lib.1.*

(b) *Pallad. De re rustic. lib.1. tit.3.*

(c) *Celsus lib.1. cap.10., & Lancis. de natura Romani Coeli cap.4. num.12.*

(d) *Galen. de Thert. cap.2.*

(e) *Horat. Satyr.2.*

(f) *Lancius lib.1. Epist.19.*

eundem ventum hominum saluti nostris in Regionibus adversari, & maxima invehere incommoda. Ista tamen non adeo sunt nobis pertimescenda, quos fastigiosa, & editissima e meridiana plaga juga objectu laterum ab Austro defendunt; quippe qui ait Plinius (a): *Ex iis minor Austro laeditur, ceteris ventis alitur, ut in Vesuvio monte, Surrentinisque collibus*; nulla insuper stagna, ac paludes, mephitesque Coeli benignitatem infestant; quamobrem Columellae consilio satis bene utimur (b): *Petatur igitur aer calore, & frigore temperatus, quem fere medius obtinet collis, quod neque depressus hyeme pruinis torpet, aut torret aestate vaporibus, neque elatus in summa montium perexiguis ventorum motibus, aut pluviis omni tempore anni saevit. Haec igitur est medii collis optima positio*. Hic ipsissimus est Surrentinae Civitatis situs in medio colle, quem nullae obruunt nebulae, sed gratior semper, mitiorque vernat, & luxuriatur aer, ideoque longiori aetate, eaque nec valetudinaria, nec gravedinosa, sed firma, sed prospera, sed optima corporum habitudine fruuntur diutissime Cives. Quamvis non ignoremus haec communia esse multis Urbibus, sed ideo delibavimus, quia cum aliis rebus, & circumstantiis conjuncta multam habent apud omnes sui existimationem, & emolumentum; nam ut ait Naudeus (c): *Suavissimae aurae de saluberrimis flantes Regionibus, & clementissimo Coelo non salutem modo afferunt humanis corporibus, sed fortitudinem*.

CAPUT VI.

De Aquis Surrentinis.

SUrrentinae aquae, ut majori qua possumus brevitate rem absolvamus, omnium tam praestantes sunt, quam quae maxime. Optime igitur iis quadrat Pindari illud Ἄριστον μὲν ὕδωρ, & Eustachii versus illi:

Ὠκέανον καλέω πατέρ᾽ αὐτὸν μὲν ἐόντα
Ἀθανάτων τε Θεῶν γένεσιν, καὶ μητέρα θνητῶν:

quippe quae unice alendo generi humano necessariae, ut inquit Lucanus (d):

Satis est populis fluviusque, Ceresque.

Ve-

(a) *Plin. lib.3. pag.154.*
(b) *Columell. de Re Rustic. lib. 1. cap.4. in fine, pag.21.*
(c) *Naudaeus de stud. Militar. lib. 2. pag.900.*
(d) *Lucan. lib.4.*

Vetus inter naturales Philosophos controversia est, quaenam in classe aquarum simplicium pro hominum potu salubriores sint; cum alii pluviales praeferant, alii fontanas, aut puteales. Hyppocrates pluviales ceteris visus est praetulisse; illas enim *dulcissimas*, & *splendissimas* existimavit (a), quas quidem conditiones optimarum aquarum apposite etiam reputat Petrarca (b):

Chiare, dolci, e fresche acque.

De pluvialibus tamen aestivis intelligendum esse interpretati sunt Celsus, Galenus, Avicenna, Paulus, aliique. Plinius contra pluviales aquas maxime improbat (a), & valde interesse Reipublicae, ut illae eliminentur, & a potatione arceantur, existimat; neque levitatis argumentum esse, *quod coelum subjerint, cum etiam lapides coelum subire appareat: ac ulterius aquae, dum e nubibus decidunt, e terrae halitibus infici possint. Quaeritur inter Medicos, cujus generis aquae sint utilissimae; stagnantes, pigrasque merito damnant; utiliores quae profluunt existimantes; cursu enim, percussuque ipso extenuari, atque proficere, eoque miror cisternarum ab aliquibus maxime probari; sed hi rationem afferunt, quoniam levissima sit imbrium aqua, ut quae subire potuerit, ac pendere in aere. Ideo & nives praeferunt imbribus, nivibusque etiam glaciem, velut ad infinitum coacta subtilitate. Leviorem enim hanc esse, & glaciem multo leviorem aqua. In primis enim levitas illa deprehendi aliter, quam sensu vix potest, nullo pene momento ponderis aquis inter se distantibus; nec levitatis in pluvia argumentum est, subiisse eam in coelum; cum etiam lapides subire appareat, cadensque inficiatur halitu terrae. Quo fit, ut pluviae aquae sordium inesse plurimum sentiatur, citissimeque ideo calefiat aqua pluvia.* Hyppocrates vero (b): *licet pluvias aquas esse optimas censeat: Ut tamen exquoquantur, & excolentur, opus habent; sin minus odorem pravum habent, & bibentibus raucitatem, & vocis gravitatem adesse, aequum est.* Et paulo post: *Pravae vero omnes, quae ex nive, aut glacie fiunt; ubi enim semel concreverint, non amplius ad pristinam naturam redeunt, sed quod in his quidem est splendidum, & leve, & dulce, excernitur, & evanescit; remanet vero quod turbidissimum, & ponderosissimum.*

Verum (quamvis sutor ultra crepidam) aliter statuendum esse censeo; nam, si res bene perpendatur, vix locus disputationi esse

se

(a) *Hyppocrat. de aer. aqu. & loc. num.*47.

(b) *Francesc. Petrarc. nel Canzoniere.*

(c) *Plin. Natural. Histor. lib.* 31. *pag.* 747. *cap.*3. *Edit. Lugduni* 1587.

(d) *Hyppocrat. in lib. de acq. aer. & loc.*

se videtur. Enim vero cum non omnes pluviales aquae, ac fontinales, & puteales ejusdem sint ubique naturae ob terrae situm, & aspectum; (qualis enim terra, talis aqua, ait Theophrastus (a)) saepe contingit, ut quibusdam in locis ob aetheris puritatem potiores sint pluviales fluvialibus, & contra, quemadmodum sunt lymphae Nili Fluminis, quas aquis aliorum fluviorum praestare nemo ambigit; nec mirum est; cum longo itinere immensam plagam solis calore perustam percurrentes veluti percoquantur, & saepe in praeceps ab altissimis montibus demissae, ac jaculatae maximopere agitentur, & attenuentur; quo circa Ptolemaeum Philadelphum Aegypti Regem, cum Berenicem Filiam Antiocho Syriae Regi despondisset, voluisse, ut secum Nili aquam deportaret auctor est Athenaeus. Tanta enim aquae Nili dulcedo, tanta bonitas est, ut ejus accolae vina non quaerant, ajebat Aelius Spartianus; & Pescennius Niger Imperator militibus suis in Aegypto petentibus vinum respondit: *Nilum habetis, & vinum quaeritis*; ac Lucanus describens opiperas, & dapsiles coenas Caesaris, & Cleopatrae subjungit:

Manibusque ministrat Niliacas Crystallus aquas.

Tametsi Jeremias absterrere Judaeorum Populum videatur, ne Nili Fluminis aquas turbidas ebiberet: *Et nunc quid tibi vis in via Aegypti, ut bibas aquam turbidam? Et quid tibi cum via Assyriorum, ut bibas aquam fluminis?* Aquam Nili, שיחור turbidam appellat ob descensum fortasse cataractarum (b), qua occasione aqua ejus fluminis turbidior evadit.

Certe nostro qualecumque judicio ceteris paribus fontium aquae pluvialibus, & fluvialibus praestant; pluviales namque omnigenis terrae sordibus conspurcatae ex fimo, & ex ipsis etiam cadaveribus educuntur; & quamvis Hyppocrates eas optimas dixerit, subdit tamen *opus habere, ut decoquantur, & percolentur.* Puteales itidem, quia motu carent, nisi extrinsecus saepe verberatae, dum exhauriuntur, in fundo multum limi deponunt, non admodum leves, & perutiles bibendo sunt. Fluviales autem, quia ex nive, & imbribus collectae, diversos terrae tractus percurrunt, sordibus plerumque contaminatae ea bonitate frui non possunt, qua gaudent fontanae, quae e calore in terrae visceribus existente brumali tempore quodammodo decoquuntur, & per subterraneos ductus continuo motu, ac fluxu agitatae percolantur, at-

(a) *Theophrast. de natur. plantar. lib. 3. cap. 6. V. Discorsi Accademici del Torzio dell'acque correnti discorso 5. pag. 136.*

(b) *Jeremias cap. 2. vers. 18.*

attenuanturque; dos autem potiſſima, quae in aquis deſideratur, eſt, ut de aeris natura maxime participet; Plinius enim ſcripſit, *ſalubrem aquam aeri quam ſimillimam eſſe oportere*. Quo nomine Caſſiodorus Romae olim aquam virginem valde commendabat, *quod aerem ſerenum puriſſime labens mentiretur*. Tales profecto ſunt Surrentini latices, ita ut nullis ex ſalubrioribus, ac celebrioribus noſtratium aquarum quidquam concedant: hae enim longo per ſubterraneos cuniculos, & tubos partim fictiles, partim plumbeos hac olim inſcriptione cuſos *Temporibus M. Aurelii Antonini Pii* curſu perenni fere trium milliarium a praerupto, & altiſſimo monte deſcendentes, & ſaepe concuſſae, & attenuatae in receptacula quaedam, & reconditoria 27. mirae ſane ſtructurae concamerata, atque arcuata Romanorum temporum more influunt, ibique toto anni tempore conſervantur, & in Civium uſus ab Aedilibus Civitatis per tegulas diſpertiuntur. Cumque non deſint Philologi, qui aſſerant aquas, quae per plumbeos tubos dirivantur noxam non exiguam inde contrahere, & quemadmodum Galeno (*a*), ac Aetio viſum eſt, facillime dyſentericos fluxus excitant, quia ut animadvertit Palladius (*b*) in illis *ceruſſa plumbo creatur* a trito, quae corporibus nocet humanis, ut eamobrem bene monuerit Columella utilius longe eſſe ſi fictilibus tubis aquae in ciſternas ducerentur (*c*), idcirco hi plumbei canales nuperrime ſunt amoti, & eorum loco fictiles ſubſtituti. Sunt haec receptacula, ſeu piſcinae lateritio opere affabre factae, figurae oblongi parallelogrami, fornicibuſque inſtar cryptarum obtecta ad ſimilitudinem *piſcinae mirabilis* Puteolanae, tantae firmitatis ſoliditatiſque, ut altiſſimas, proceriſſimaſque quercus, pinus, aliasque hujuſcemodi arbores per tot ſeculorum curriculum inconcuſſe in ſuperficie defoſſa terra, ſubſtentent. Caementum harum piſcinarum longe melioris miſturae, & naphtae, quam noſtralis putant ſenſati viri, & egregius Philoſophus Anglus de Piſcina Mirabili prope Puteolos, quae non diſſimilis a noſtris eſt, ita diſſeruit (*d*): *Datum caementum ex farina albumine ovi, lapidibus in cineres reductis, quod marmoris inſtar indureſcit, quae piſcina miranda prope Cumas incruſtatos habet parietes*. Nos autem caemento illo Baconiano Surrentinas piſcinas compactas haud quaquam ducimus, cum ne Regiae quidem opes, & ſumptus pares operi eſſent; quod

(a) *Galen. lib. 7. ſecundum locos*
(b) *Palladius lib. 9. tit. 2.*
(c) *Vide Gabriel. Naude. Syntan. de ſtud. Militar. lib. 2. pag. 614. edit. Rom. 1637.*
(d) *Johann. Rago Baro de Verulamio in Sylv. Centur. 8.*

quod vero maximam etiam admirationem parit, est pavimentum ita laevigatum, ut post mille septingentos prope annos nullam scrobem fecerit, potissimum aquis super natantibus. Hinc Holstenius (a) earum stupore captus haec fatur; *idem variae testantur inscriptiones quae adhuc Surrenti extant, & a Capacio editae sunt, sed maximum Romanae magnificentiae vestigium Castellum aquarum 27. fornicibus comprehensum superest integrum & illaesum, harum piscinarum, & villarum per omne vicinum litus reliquiae prorsus stupendae*. De quibus etiam cantavit Paulus Portarellus (b):

Quas & coluere frequentes
Graj, quorum opera nunc antra superba videntur,
Quae gelidas lymphas, si spectes flumina credas,
Servant & saxis, & fornice structa vetusto
Sat celebrata senis.

Sunt nonnulli qui aquarum praestantiam ex pondere, aut levitate desumunt, quod improbat Plinius; *aquarum salubritatem ad stateram frustanea diligentia perquiri, quando per rarum est ut levior sit aliqua*. Hyppocrates *leves dicit eas, quae cito calent, ac cito refrigerantur*. In propatulo tamen est quasdam aquas suapte natura leves aliis ponderosioribus deteriores esse ob pravas qualitates soli, per quod transitum fecerint. Amphiarai, & Heretriae aquas inter se collatas pondere non differre, Athenaeus animadvertit: verum hanc salubrem, & innocuam, illam noxiam, laesivam, & vitiosam. Sic etiam Tritraresius Thessaliae fluvius in Peneum influens illi non immiscetur, sed instar olei supernatat, eo quia ut aestimat Plinius (c): *Peneus paenales illas aquas argenteis suis miscere detrectet*.

Profecto illud aquarum certum judicium est, & veluti secura amussis, si nullum gravitatis, & fastidii sensum in stomacho pariant; haec enim levitatis species multo pluris aestimanda, quam quae ad lancis examen venit. Non enim ex eo, quod sincera, ac limpida sit, & odoris, ac saporis expers, illico salubris est pronuncianda; quin ad aliud tribunal provocandum, scilicet ad ventriculum; fieri namque potest, ut quae ad sensus externos omnes levitatis notas praeseferat, occultiorem tamen noxam recondat, quae nonnisi ab interno sensu comprehendi queat. Haec itaque fida, ac tutior erit aquarum censura, quae ab ipsa experientia de-

(a) *Holsten. ad Ital. antiquit. Cluver.*

(b) *Paul. Portarel. eximius Lubrensis poeta in suo Poemate 56. Fallitur hic Portarellus, nam non Graecorum, sed Romanorum opera sunt admiranda.*

(c) *Plin. lib. 4. cap. 8.*

depromitur, ac profecto levis illa habenda, quae facile permeando nullum gravedinis sensum visceribus inducat, quaeque largo potu hausta aqualiculum minime gravet.

Magna quoque aquarum commendatio est, si in illis celeriter legumina, quae cerealium succedanea vocat Moreus, coquantur (a), teste Plinio, Athenaeo, Vitruvio, Galeno, Paulo, & inter recentiores Lancio, Costeo, Bruvierino, aliisque. Sed ea res etiam suas patitur difficultates; non enim semper aquarum est vitium, sed ipsorum leguminum, ut tardiuscule quandoque coquantur. Indubium, & quod fallere non potest, probitatis earumdem discrimen illud est, quod tradit Vitruvius ex hominum tales aquas potantium habitudine, & membratura deductum: *Si nempe sint corporibus valentibus, nitidis carnibus, non vitiatis, non lippis oculis, si longa aetate vivant.* Quapropter Lucianus asserit: *Seres ad trecentos annos usque vivere memoriae proditum est, cujus rei causa nonnulli temperato aeri, nonnulli naturae terrae, alii rationi vivendi adsignant, siquidem ajunt, omnes illas nationes tantum aquam potare.* Idcirco Surrentinos latices praestantissimos, ac saluberrimos certo certius adfirmare non dubitamus, uti affirmavit etiam Capacius: *Copiosissima d'ogni qualità di frutti, ed acque, le quali mi dipingeva per cristalline, delicate, ghiotte, e che senza far danno mai incitavano a bere ancorche non se ne avesse voglia*; unde accolae valetudine plurimum pollent, & vivido, ac sano colore utuntur, robusta, vegetaque membrorum compagine, viribus, ac robore pugilice praestant; aetas ad longam trahitur senectutem, & plurimi passim inveniuntur octogenarii, non pauci nonagenarii, pauci etiam centenarii, quorum, si res postularet, dare possemus nomina; quod maximum est aquarum salubritatis argumentum.

His non vulgaribus naturae donis adjungere visum est fertilitatem Surrentinorum agrorum, & fructuum ubertatem, quos tellus iisdem irrigata, & afflata ferre solet pulcherrimos, & suavissimi saporis, ac odoris. Itaque non admodum hic est laborandum, ut sulci aequales ducantur, glebaeque invertantur, auctore Virgilio, Varrone, Columella, Palladio, Crescentio, qui tam aucte, subtiliterque de cultura frugum, de occatione, & repastinatione agrorum tractarunt; nam experientia compertum est, prae aquarum, & aeris praestantia quodadmodo modica industria arbores succrescere, non secus ac felici illa aetate, qua:

Ipsa suos fructus tellus inarata ferebat.

(a) *Moreus cap. 19. Schol. Salernit.*

Hic nuces juglandes Graecae, atque Avellanae longo ramorum textu ſylveſcunt; illic ficus quam plurimae prodroma, Herculanea nimirum, albicerata, bifera, lidia, mammillana, albanigra, duricoria, optata, ſantula, digitula, columba, gentilis, aerea, aucipia, arneſia, antiſtja, trojana, coctana, atque africa, & omnium praeſtantiſſima Paradiſa, quam magni faciunt advenae, faecundis ramulis mire luxuriant. Ibi pyrus aniciana, cirrita, graecula, orbiculata, ſextiliana, antoniana, ducalis, muſcatula, ſpadonia, borealis, jacciolia, caepea, aſinia, cremiſina, jacobea, pergamena, gallica, ſpinea, butirica, caffea, decumana, regia, voleva, colorata, venerea, amerina, tiberina, magna, campana cum valeriana ſera, & hieroſolymitana, gelſominica, carpia, angelica, & aliae innumerae laetiſſimos pondere ramos demittunt; licet immerito eas damnet Salernitana Schola Medicorum illis verbis:

Si pyrus eſt virus, ſit maledicta pyrus.

Prunus quoque albula, januenſis, ſcalderonia, indica, pappacodula, amerina, damaſcena, ſaccarina, nec non poma punica, chryſomela, appia, perſica, armenica, & praecocia mirabili ubertate pubeſcunt, quae Columella ſic laudat.

Et pomis quae barbara Perſis
Miſerat, ut fama eſt, Patriis armata venenis
At nunc expoſiti parvo diſcrimine lethi
Ambroſios praebent ſuccos oblita nocendi:

Perpetuo item vernans malus atlantea, modo argenteis floribus, modo aurea pomorum ſobole magnum ſibi ſtuporem conciliat: miram animis exhibent voluptatem parietes florentes citriis quae illos Attalico velut opere conveſtiunt, nec Libani Cedris invident, quemadmodum & viridaria pulcherrimis redundant malis Luſitanis, maſſilicis, ſeu limoniis, & aurantiis. Colles vero, & montes olivis ſemper vireſcunt pinguibus,quarum oleum prae omnibus exquiſitiſſimum eſt,uti affirmat Johannes Baptiſta Porta (a): *Surrentini colles laetis etiam olivetis conveſtiuntur in maris proſpectu, quibus vivum ſaxum,laetumque ſubeſt ſolum.* Vites idemtidem pampineae (a quibus vinum exprimitur, quod altera aqua eſt ajebat Emp.apud Plutarchum (b): & Columella *Vinum eſt putreſcens ligni ſub cortice lympha* (c)) vel nixae ridicis, vel aſſociatae pendent e populis, nexaeque juncis, & viminibus; palmites curvantur uvis, de quibus cecinit Statius: *Cla-*

(a) *Johann.Baptiſt. Porta in Vill.lib.6. cap. 12. pag.455.*
(b) *Empedocles apud Plutarc.2.qu.Nat.*
(c) *Columell.lib.5.*

Claraque cum molli juga Surrentina Lyaeo.

Et Columella : *Verum & aliae uvae geminae, quae ab eo, quod duplices uvas exigunt, gemellae vocantur, austerioris vini, sed aeque perennis, earum major vulgo notissima, quippe Campaniae celeberrimos Vesuvii colles, Surrentinosque vestit.*

De ejusdem vini praestantia audire est eundem Statium :

Quo Bromio dilectus ager, collesque per altos
Uritur, & praelis non invidet uva Phalernis.

Et Martialem canentem :

Surrentina bibis, nec myrrhina picta, nec aurum
Sume, dabunt calices sed tibi vina suos.

Et Horatium (a) :

Surrentina vafer qui miscet faece Phalerna
Vina columbino limum bene colligit ovo.

Quamobrem Galenus (b) : *Vinum Surrentinum valde calefacit, & contendit cum Phalerno.* Et alibi (c) : *De Surrentino autem quid me dicere opus est? Quod omnes sciunt ante annum ferme vigesimum crudum esse; vigesimo enim tandem anno viget, potuique aptum, diu perseverat, nec facile amarescit, praestantiaque cum Phalerno contendit; ad tertiam palmam varia venere Albana vina Urbi vicina praedulcia, ac rara in austero: ita Surrentina in viciniis tantum nascentia convalescentibus maxime approbata propter tenuitatem, salubritatemque. Tiberius Caesar dicebat consensisse Medicos, ut Nobilitatem Surrentino darent.*

Et Persius hoc idem innuit (d) :

Lenio laturo sibi Surrentina rogavit.

Idipsum Johannes Baptista Porta testatur (e) : *Duae sunt species altera altera nigrior, & extra Campaniam vidi dilutioris coloris in Surrentinis vineis prope album vinum producit, purpureique sunt coloris, alternis annis fertiles.* Idem pag. 502. cap. 6. num. 10.; *Item Surrentina in vineis tantum nascentia convalescentibus maxime probata propter tenuitatem, salubritatemque. Tiberius Caesar dicebat consensisse Medicos, ut Nobilitatem Surrentino darent, alioquin esse generosum acetum. Cajus Caesar, qui successit illi, nobilem vappam. Dioscorides, & Galenus post annum vigesimum quintum incipit aptum esse potui. Vix sane hoc maturescit, quia valde squalidum, & omnino pinguedinis expers, solum propemodum*

(a) *Horat. lib.2. Satyr.4.*
(b) *Galenus in 6.Method. cap.4.*
(c) *Idem de urinis extra ordin.clas.*
(d) *Persius Satyr. 3.*
(e) *Johann. Baptist. Port. in vill.lib.7. cap.5. pag.501.num.10.*

dum ex omnibus cum veterascit assiduo potu salubre. Pater Catroù, & Rovillè ait (a): *La Città di Sorrento, ora Sorento, era costrutta alla spiaggia della Campania in vicinanza del Promontorio di Minerva, e d'un Tempio consecrato a questa Dea, presentemente i naturali del Paese la chiamano Capo della Minerva; comprese Frontino questa Città nella lista delle Colonie Romane. I suoi paggi somministrano vini squisiti all'Italia, secondo la testimonianza di Ovidio, di Marziale, di Colomella, e di Plinio il Naturalista.*

Hinc concludit Cluverius (b): *Ceterum colles Surrentini, qui oppido imminent, & circumjacent, vini praestantia maxime celebrantur*. Atque haec (ut e diverticulo in viam redeamus) satis sit de agro Surrentino per transennam attigisse, atque degustasse, ne liberius expatiemur a scopo susceptae disputationis, haereamusque in rebus notissimis, aut in Areopagitarum consilia peccemus, apud quos olim lege sancitum erat, ne quid fas esset dicere, quod ad rem, & propositum non attineret.

Ad hanc igitur praestantissimam Civitatem Italiae ocellum, Campaniae florem, sequestrum Musarum, ac delicium, amoenitatum omnium emporium, Reipublicae faederatae Romanis, seu Municipii dignitate pollentem, cum advenisset Apostolus pietate potissimum suorum Civium, quos adeo promptos, paratosque ad Christiana Sacra, Religionemque amplectendam, seque Jesu Christo initiandos, reperit permotus (credibile est, ut conjectat Patriarcha Antiochenus) Metropolitico honore, & potestate illam auxisse. Hinc factum, ut vel primis Ecclesiae nascentis seculis Surrentinus Praesul Archiepiscopi titulo, ac nomenclatura fuerit cohonestatus, eo nempe fere tempore, quo primum Archiepiscopi nomen invectum esse in Ecclesia constat, ut videre est in cap. Constitutus (c); ubi S. Gregorius M. ait: *Constitutus in praesentia nostra Archiepiscopus, & Marcus Canonicus Surrentinus, dum ipse illum de Simoniae crimine deferret*. (Quid quid adversus haec obstrepant nasuti scriptores). In Aula namque Surrentinarum Aedium Archiepiscopalium, opera eruditissimi Viri Bartholomaei Chioccarelli (qui historiam Archiepiscoporum Neapolitanorum magna cum laude contexuit) descripta sunt nomina, & insignia Surrentinorum Antistitum, & sexto, ac septimo seculo plures observantur Praesules titulo Archiepiscopi insigniti, veluti *Philippus Hi-*

(a) *P. Catroù, & Rovillè Societ. Jes. in Histor. Roman. e Gallic. Idiomat. in Italic. tradut. a Francisco Zannin. Marsecc. Venet. ann.* 1732.

(b) *Cluver. lib.* 4. *pag.* 1162.

(c) *In Cap. de test. & attestat.*

Hispanus Terraconensis Archiepiscopus Surrentinus anno 619. *Jacobus Cotiz. Bononiensis Archiepiscopus Surrentinus anno* 628. *&c.* Seculo vero decimo a Romano Pontifice Johanne X. ejusdem Archiepiscopalis dignitatis honorem, ac confirmationem accepit, seu quod vero similius est, Pallium Archiepiscopale obtinuit Leopardus Surrentinus Antistes; uti expressit Marinus Freccia (a), & Petrus Jamnonius (b): *Sorrento ebbe pure suoi Vescovi antichi, e trovandosi a questi tempi Capo di un piccol ducato fu anche ella inalzata in Metropoli. Marino Freccia pure Autore di questa Historia fa Sergio III. intorno al medesimo anno, che crede essere stata inalzata Amalfi, ma comunemente si tiene, che da Giovanni XIII. si fusse nell' anno* 968. *renduta questa Chiesa Metropolitana, e che Leopardo ultimo suo Vescovo avesse avuto quest' onore. I Vescovi soffraganei, che egli tiene sono quel di Stabia, che ora si chiama Castellamare, e l' altro di Massa Lubrense, a quali poi si aggiunse quello di Vico Equense.*

Enormiter hic fallitur Jamnonius tam circa aetatem Leopardi, qui inauguratus fuit anno 913. & obiit anno 917., & Pallium Archiepiscopale non a Sergio, sed a Johanne X. accepit, qui seculo X. incipiente, anno nimirum 913. clavum Catholicae Ecclesiae tenebat; quique etiam Unni Saxoniae Episcopo Pallium misit, uti testatur Adam Bremensis Canonicus (c); quamvis alii Landonem Papam hoc anno 913. regnasse autument (d), quam circa Episcopum Vicanum, qui ante Lubrensem erectus fuit, seculo nempe XIII. ut probat Ughellius, Marinus Freccia, Antonius Sanfelice, aliique; eodemque modo, & ordine in Synodo Provinciali sedent, & ad obedientiam evocantur. Errat quoque toto Coelo Ughellius (e), qui putat anno 968. Surrentinum Praesulem inter Archiepiscopos cooptatum; jamdiu enim ante ea tempora, ut diximus, Metropolitico honore, & potestate fruebatur, & postmodum inter novem alios Archiepiscopos, & ceteros Regni Proceres, ac Dynastas consecrationi Cassinensis Ecclesiae interfuit anno 1071. quam refert Leo Hostiensis (f). Nullam igitur meretur censuram, nullaque nota taxandus Antiochenus Patriarcha, qui inter multas alias primarias Orbis Civi-

(a) *Marin. Freccia de subpheud. lib.* 1. *pag.* 58.

(b) *Petrus Jamnon. Histor. Civil. Neap. lib.* 8. *pag.* 583.

(c) *Adam Canon. Bremens. cap.* 47.

(d) *Videndus Baronius ad ann.* 913. *Edit. Luc. ann.* 1745.

(e) *Ughell. Ital. Sac. tom.* 6. *pag.* 70. *cum Colet. Edit.* 1720. *sub Johan. XIII. Pontif. post. ann. salutis* 968. *hoc decus Ecclesiae Surrentinae accessisse.*

(f) *Leo Hostiens. lib.* 28. *cap.* 3.

Civitates Surrentinam collocavit, eique Metropoliticam dignitatem jam inde a S. Petro collatam affixit. Usque adeo verum est, eam Urbem terra, marique celeberrimam, soli amoenitate, Coeli clementia, aeris temperie, maris ubertate, Patritiorum suorum, & Civium gloria affluentem, & quod Caput est, pietate cum maxime insignem, talem praerogativam accepisse ab Apostolo, quem effusis studiis, & magna alacritate suscepit, eoque docente ad Christiana Sacra se convertit, & Jesu Christi doctrinam, praeceptaque libentissime est amplexata. Proinde neutiquam aniles fabulas, aut paradoxon effutiit Antiochenus Patriarcha; sed rem probabilem, ingruentibus cum maxime conjecturis, rationibusque non spernendis, quae Civitati suae, pro qua magna facere, & magna pati in deliciis semper habuit, favere videbantur, in examen, trutinamque vocavit, & problematice de iis disputavit potius, quam quidquam certi statuit. Atque id satis, superque ad istius Milanteae calumniae aculeum penitus retundendum. Similiter quod addit de Summo Romano Pontifice, qui in nostris hisce Regionibus usque ad seculum X. quemadmodum Oecumenicus Pastor, ita unicus Metropolita praefuit, nihil Patriarchae Antiocheni opinioni adversatur, refragaturque; quandoquidem Surrentina Civitas, Neapolitana, & aliae pleraeque Constantinopolitanorum Principum parebant Imperio, ac sub Graecarum Ecclesiarum norma, statutisque pro ea temporum conditione vivebant (a).

CAPUT VII.

Diluuntur difficultates, & objecta Episcopi Stabiani in Surrentinam Metropolim ab Apostolo Erectam.

Milante noster non solum Patriarchae Antiocheni opiniones, conjecturas, & argumenta refellit, redarguit, perstringit, verum etiam errores notat, atque emendare accurate satagit, qua vero felicitate, quod in votis habuit, assecutus sit, mox infra videbimus. Pungit ergo Patriarcham Antiochenum, quasi Chorepiscopi nomen, significationemque male tenuerit, quippe qui Chorepiscopum Stabiis attribuerit, quae tamen vel a primis Ecclesiae seculis suos jactant Episcopos; quamobrem id magno illi crimini vertit; sed oppido quam immerito, & nullo sane rationis momento; asserit enim Antiochenus Patriarcha potestatem

(a) *Vide Jannonium in Hist. Reg. Neap. lib.4. cap.ult. p.289. & Baron. an.508. p.81.*

tem habuisse Surrentinos Archiepiscopos, Episcopos, vel etiam Chorepiscopos Castrimari praeponere, quod dictum, assertumque omni prorsus caret errore, ac jactantia, nullumque naevum, maculamque praejudicii illati Stabiis incurrere meretur; quando enim Stabiae solo aequatae in Villas abierant, nec dum in Urbem coaluerant, certe nonnisi Chorepiscopum habere poterant; nec enim Episcopi, sed dumtaxat Chorepiscopi in Villis constituebantur, qui idcirco ita dicti sunt, quia in Villis degebant, ac versabantur, χώρη enim, ut diximus, Villam significat.

Num vero Episcopali charactere praediti fuerint Chorepiscopi, in varias eruditi abiere sententias. Hechellensis enim ductus auctoritate Canonis X. Concilii Antiocheni putavit, Chorepiscopos Episcopalem inaugurationem habuisse; sic enim loquitur laudatus Canon: *Qui in Villis, & possessionibus Chorepiscopi nominantur, quamvis manuum impositionem Episcoporum perceperint, & ut Episcopi consecrati sint: tamen sanctae Synodo placuit, ut modum proprium recognoscant*. Et quamvis eodem Canone facta sit facultas Chorepiscopis consecrandi Lectores, Exorcistas, & Subdiaconos, non vero Diaconos, & Presbyteros, etiam sine consensu Episcopi: hoc tamen intelligendum esse putat Thomasinus (a) de iis Episcopis, qui e propriis sedibus expulsi, & extorres, ac vagi in villis cum proprii Episcopi consensu constitissent, & Chorepiscopi munere fungerentur, ut ex Concilio Ancyrano, & Neocaesariensi coacto anno 314. satis evidenter apparet. Id ipsum arrectis auribus libentius forsan audiet Milante a suo Binghamo de Chorepiscopis loquente (b): *Quos quando Episcopi officio suo fungi non poterant, vel per aetatem, vel per infirmitatem, Coadiutores sibi in Civitate ordinabant. Ita enim ubi Dioecesibus ab Ecclesia Oppidana longe dissitis, Pagis, & Villis fiebat accessio &c. Administros in agris sibi adsciscebant, & Chorepiscopos appellabant: (qui ita dicebantur, non quod ex Choro Sacerdotum essent, quemadmodum scriptor quidam Latinus ex errore hanc Etymologiam derivat Raban Maur. de Instit. Sacerd. lib. 1. cap. 5.) sed ideo quod essent; τῆς χώρας ἐπίσκοποι ruris Episcopi, quos vox ista proprie significat, & non Presbyteros ex Regionibus Oppidanis, uti Salmasius eum intelligit.* Et §. 2. *Hos Chorepiscopos alii crediderunt fuisse tantum Presbyteros: & hanc*

(a) *Thomasin. de Benefic. tom. 1. lib. 2. cap. 1.*

(b) *Joseph. Bingham. Anglus Orig. sive Antiquit. Ecclesiastic. ex Anglic. ling. in Latin. vertit Johann. Henric. Crischou: Edit. Halae 1724. tom. 1. lib. 2. cap. 14. §. 1.*

hanc opinionem fuisse ait Scholasticorum, & Canonistarum, ut videre est in Turriano not. in can.54. Concil. Nic. Arab. Estio in 4. distin. 24. §.30. Antonio Augustino Epit. Juris Can. lib. 6. tit.1. cap.8. 11. 13. Gratiano distin.68. cap.4. 5., quos non Salmasius solum, sed Spalatensis etiam de Rep. part.1. lib.2. cap.9. nu.17. 18. 19. Fieldius Forbesius sequuntur, quorum ultimus diversa affert argumenta, quibus probare nititur meros fuisse Presbyteros. Subdit §.111. Alii putarunt ex Chorepiscopis alios fuisse Presbyteros, & alios Episcopos, quae Cabassutii, Petri de Marca, & Bellarmini est opinio; quando scilicet prius ordinati essent Episcopi, & deinde Chorepiscopi facti, ut Concil. Nicaenum Can. 8. consuluit Episcopis Novatianis, qui ad Catholicam redire vellent Ecclesiam; & idem Concil. Epist. Synod. apud Socratem lib.1. cap.1. de Episcopis Miletianis decrevit, ut ipsis ad Ecclesiae unitatem reversis liceret sub Ecclesiae Catholicae Episcopis officium suum administrare. Rursus §.4. Tertia opinio, quod maxime probabile sit, fuisse eos omnes Episcopos. Barlovius, Hammonnus, Bevereg. Caveus hanc tertiam defendunt sententiam, ut & Blondel. qui longam dissertationem contra Petrum de Marca texuit; qua probavit, Chorepiscopos omnes antiquos commemoratos Conciliis veri nominis Episcopos fuisse. Et §.11. Potestatem, & privilegium Chorepiscoporum pro ratione temporum, & locorum fuisse diversa ait: Et potestatem eorum precariam fuisse, & ab arbitrio Conciliorum, & Episcoporum Oppidanorum, a quibus eam acceperant, dependere. Tandem §.12. ita rem absolvit: Concilium Laodicaenum ann. 360. primum eis vulnus inflixit. In eo enim cap.57, decretum fuit: quod non oportet in Vicis, & Pagis Episcopos constitui, sed Periodeutas, idest Circumcursatores: eos autem, qui prius constituti sunt, nihil agere sine mente Episcopi, qui est in Civitate: Οτι οὐ δεῖ ἐν ταῖς κώμαις, καὶ ἐν ταῖς χώραις καθίςασθαι ἐπισκόπους· ἀλλὰ περιοδευτὰς, τοὺς μέν τοι ἤδη προκαταςαθέντας μηδὲν πράττειν ἄνευ γνώμης τοῦ ἐπισκόπου τοῦ ἐν τῇ πόλει. In Concilio Calchedonensi Act.4. mentio Periodeutarum Alexandri, & Valentini, qui Presbyterorum titulum gerebant. In Concil. Constantinopolitano V. Act.1. Sergius quidam Presbyter titulum περιοδευτοῦ, Cusatoris, sive Visitatoris Ecclesiarum Syriacarum habebat. Sed Chorepiscoporum ordo in multis locis adhuc conservabatur, non ejus tamen fit mentio tantum a Gregorio Nazianzeno Epist.88. & Basilio Epist. 181. seculo 4., sed a Theodoreto Epist.113. qui de Hispatio, & Abramio loquitur, tamquam de sui ipsius Chorepiscopis. Et in Concil. Calchedonensi seculo V. Chorepiscopos sedisse legimus, qui Episcoporum,

rum, a quibus missi fuerant, nomine subscripserunt. Hactenus Binghamus.

Porro utramque paginam hac in re facit, utpote optimus *Catholicus*, & in controversiis Ecclesiasticis maxime versatus Robertus Cardinalis Bellarminus, qui ita quaestionem de Chorepiscopis dirimit (a): *Igitur Chorepiscopi dicebantur olim Presbyteri quidam, qui in Pagis, aut Oppidulis curam animarum gerebant loco Episcoporum, ut nunc fere Parochi faciunt. Dicebantur autem Chorepiscopi, vel, ut Damasus indicat in Epistol.*3. *quasi Villarum Episcopi: nam* χώρη *Graece Oppidum, ac Regionem significat: vel potius, ut Concilium Neocaesariense can.*13., *& Antiochenum can.* 8. *docent, quasi Vicarii Episcopi, vel Vicarii Episcoporum, sed loco Episcoporum constituti:* χώρη *enim locum etiam significare potest. Porro ejusmodi Chorepiscopi non poterant Presbyteros, & Diaconos ordinare, nec Chrismate fidelium frontes inungere, nec Templa, aut Altaria consecrare: cetera fere omnia praestare poterant, quae praestant Episcopi, ut cognosci potest ex Concilio Ancyrano can.*12. *& Antiocheno can.*10. *& Hispalensi II. can.*7. *item ex Damaso in Epist.*3. *Leone Epist.* 86. *& alias* 88. *& Johann.*3. *in Epistola ad Episcopos Germaniae, & Galliae. Sed quaestio hoc loco occurrit, an Subdiaconos ordinare Chorepiscopis aliquando licuerit. Nam in Concil. Antiocheno can.*10. *id eis licuisse disertis verbis asseritur. Contra autem, id eis minime licuisse, Damasus Papa in Epist.*3. *aeque disertis verbis affirmat: Concilia & Pontifices ceteri supra citati negant licere Chorepiscopis Presbyteros, vel Diaconos ordinare: De Subdiaconis, ceterisque Ordinibus nihil expresse dicunt. Respondeo quosdam fuisse Chorepiscopos, qui vere Episcopalem Consecrationem acceperant, sed Chorepiscopi dicebantur quod non haberent propriam Ecclesiam, sed in aliena Dioecesi ministrarent, quales sunt hoc tempore Episcopi quidam titulares, qui & Suffraganei dici solent. Alios vero Chorepiscopos fuisse, qui nihil aliud, nisi Presbyteri essent, sed, ut diximus in Pagis, ac Villis, seu etiam Oppidulis, Episcopum aliquo modo repraesentarent. De Prioribus loqui videtur Concilium Antiochenum, ut etiam Damasus annotavit in Epistol.*3. *nam ita incipit Canon: Chorepiscopi, qui manus impositionem ab Episcopis acceperunt, & ut Episcopi sunt ordinati, ubi non de omnibus Chorepiscopis loquitur Concilium, sed de illis tantum, qui a pluribus Episcopis ritu Pontificum, sunt con-*

(a) *Robert.Bellarm. de controvers. Christian. fid.tom.*2. *cap.* 16. *de Clericis lib.* 1. *cap.*17. *pag.*250. *Edit.Mediolan.*1721.

consecrati: praeterea in eodem Canone Concilium non solum his Chorepiscopis permittit, ut Subdiaconos absolute ordinent, sed etiam ut Presbyteros, & Diaconos ordinare possint, si id Episcopus loci permiserit, ex quo certe sequitur, eos Chorepiscopos veros Episcopos fuisse. Porro in fine illius Canonis, uti legimus (Chorepiscopus ab Episcopo loci ordinandus est) non de iisdem Chorepiscopis agitur, sed de illo altero genere: voluit enim Concilium legem statuere, ut deinceps Chorepiscopus ordinetur ab uno Episcopo, & proinde Presbyter sit, non Episcopus. De quo genere Chorepiscoporum loquitur Damasus in Epist. 3. cum dicit, non licere Chorepiscopis ordinare Subdiaconos. Cetera autem Concilia, & Patres, qui negant Chorepiscopis licere ordinare Diaconos, & de Subdiaconis nihil dicunt, videntur nomine Diaconorum etiam Subdiaconos accepisse, cum sit uterque Sacer Ordo, & saepe apud Veteres eodem nomine appellentur, quod si evidenter ostendi possit, concessum aliquando fuisse Chorepiscopis secundi generis, ut Subdiaconos ordinarent dicendum erit, id fuisse privilegium, & dispensationem quandam, qualis etiam fuit quibusdam in locis, ut Presbyteri absente Episcopo, Confirmationis Sacramentum exhiberent, ut Ambrosius scribit de Sacerdotibus Aegypti in Commentario cap. 4. Epist. ad Ephesios. Huc usque Bellarminus.

Quapropter extra omnem contentionis aleam est, tunc Patriarcham Antiochenum voluisse Chorepiscopos Stabiis datos a Surrentinis Archiepiscopis, cum eversae illae fuerant, & in villas abierant, Surrentinaeque Ecclesiasticae ditioni subjacebant; cum vero primum ex advenarum colluvie in Oppidulum excrevere, & deinde in frequens, & populosum oppidum evasere, Episcopi impositi sunt a Metropolita Surrentino, quemadmodum factitatum a Barbato, & Urso, quorum ad nos memoria pervenit, qui Stabiis Gregorium, & Johannem Episcopos praefecerunt, & Bullas eis desuper expedierunt; ut ipsemet Milante in medium profert. Harum exemplar hic exhibere (quoniam rei nostrae valde conducit) operae pretium duximus.

In Nomine Domini Dei Salvatoris Nostri Jesu Christi. Anno ab Incarnatione ejus millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto, & Dominante Domino Nostro Alexandro Papa Quarto anno primo Pontificatus ejusdem decimo die mensis Augusti duodecima Indictione Castrimaris. Nos Petrus de Rogata, Palmerius Coppola Judices Castrimaris, & Bartholomaeus Vaccarius ejusdem Notarius, praesentibus contractui tribus subscribendis adhoc specialiter vocatis, &

roga-

rogatis praesentis scripti serie declaramus, quod Dominus Johannes Dei Gratia Venerabilis Stabiensis Episcopus ostendit nobis quoddam publicum Instrumentum factum olim Clero, Ordini, & Plebi consistenti Ecclesiae Stabiensis a Domino Barbato quondam Venerabili Archiepiscopo Surrentino, quod Instrumentum erat perfectum, rogans nos, ut ad perpetuam ejus firmitatem, & Ecclesiae Stabiensis pro eo, quod volebat ipsum Instrumentum mittere ad Curiam Romanam pro confirmatione habenda a Sanctissimo Pontifice, ut ipsum Instrumentum in publicam formam redigi faceremus. Nos videntes petitionem ipsius esse justam, praedictum Instrumentum de verbo ad verbum per manus praedicti Bartholomaei publici Castrimaris Notarii fideliter transcribi fecimus, cujus continentia per omnia talis erat. In Nomine Dei, & Domini, & Salvatoris nostri Jesu Christi. Amen. Anno ab Incarnatione ejus millesimo centesimo decimo, die septima mensis Februarii in Civitate Syrrenti. Nos Barbatus Dei Gratia Archiepiscopus Sedis Sanctae Surrentinae Ecclesiae omnibus Fidelibus Orthodoxis Clero, Ordini, & Plebi consistenti Ecclesiae Stabianae per Apostolicam institutionem Archiepiscopatui Nostro subjectae, dilectis Filiis salutem in Domino. Probabilibus vestris desideriis nihil attulimus tarditatis, etenim Confratrem nostrum, scilicet Gregorium Presbyterum vobis ordinavimus Episcopum, cui dedimus in mandatis, ne unquam Ordinationem praesumat facere illicitam, nec Bigamum, aut qui Virginem non est sortitus uxorem, neque illiteratum, vel in qualibet corporis parte vitiatum, aut expotentem, vel Curiae, aut cuilibet conditioni obnoxium, ad sacrum ordinem permittat accedere, sed, si quos hujusmodi forte repererit, non audeat promovere: ministeria ad ordinatum Ecclesiae, quodcumque est in patrimonio, ei non minuere, sed augere. Concedimus in praefatum Episcopum omnes res, & possessiones suas, quae ex antiquo jure in jam dicta Ecclesia pertinent, vel pertinentes fuerint. Concedimus ibidem quantum inferius est pertinens in cuncto territorio Stabiano, Ecclesiis, Monasteriis, haereditatibus, possessionibus, aqua faetida cum molendino, servis, & ancillis, pascuis, olivetis, salicetis fructiferis, vel infructiferis, montibus, & omnia, quae suus antecessor habuit. Insuper concedimus & inclytam Ecclesiam S. Angeli, quae dicitur ad Montem Aureum, cum omnibus suis pertinentiis. Concedimus iterum in prædictum Episcopum omnia, quae ei pertinent in illa Ecclesia S. Angeli in cuncta pertinentia de Castello de Gragniano, & de Pino, & in tota pertinentia de Castello Litterarum, & in cuncto ter-

territorio Amalphitano, & in cuncto territorio de Longobardia, & de Nuceria, & in cuncto territorio de Plagia majore, & in cuncto territorio Neapolitano, & Nolano. Iterum concedo eidem Episcopatui, ut habeat potestatem in Monasterio Insulae Robiliani, ad faciendum Clericos, & aedificare Ecclesias, & Altaria, similiter in omnibus obedientiis Plagia, & Stab. Iterumque concedimus eidem Episcopatui omnes Ecclesias, & possessiones, & domos, & hortos, servos, & ancillas, quas habet in tota Civitate Syrrenti, & in omnibus ejus pertinentiis, hoc est in toto territorio Massae publicae, & in toto territorio Massae Aequanae, eis, quae sunt juris nostri Archiepiscopatus, & ae Episcopatu Lobrano, & de Episcopatu Aequano. Et iterum statuimus, & ordinamus, ut ordinationes Presbyterorum, vel Diaconorum nonnisi Primi, Quarti, Septimi, & Decimi mensis Junii, & ingressus Quadragesimalis noverit observandas. Ipsa vero Sancta Ecclesia sub nostrae Sedis dominatione, atque potestate, liceat semper subjacere: quatenus nostris obediatis mandatis, & Apostolica jubeatis jugiter observari praecepta. In tuis vero Clericis oportet te vigilare sollicitus, sicut bonus, & pervigil Pastor, ut irreprehensibile fiat Corpus Ecclesiae. Mandamus itaque vestrae dilectioni, ut per singulos annos vos, & successores vestri semel ad nostram Sedem veniatis, & nobiscum in hac sacra Sede pariter ad Missam vestire. Huic ergo Sanctae Sedi nostrae praecepta servantes de totis annis obsequi oportet, ut irreprehensibile, placitumque fiat Corpus Sanctae Ecclesiae per Christum Dominum nostrum, qui vivit, & regnat cum Patre in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia secula seculorum. Benevalete. Barbatus ✠ Archiepiscopus ✠ Datum illa septima die praesentis mensis Februarii, sexto anno Barbati Archiepiscopi, per manus Petri Primagii, & Clerici, per praedictam indictionem quartam, Sirrenti. Item praedictus Dominus Johannes Venerabilis Episcopus Stabiensis ostendit nobis instrumentum confectum per Ursonem Dei Gratia Archiepiscopum Sanctae Surrentinae Ecclesiae Clero, Ordini, & Plebi consistenti Ecclesiae Stabianae, quod instrumentum erat perfectum, & integrum, & non solutum, non cancellatum, nec vitiatum, & erat omni sua parte integrum, & perfectum, cujus continentia per omnia talis erat. Urso divina Gratia Archiepiscopus Sanctae Surrentinae Ecclesiae omnibus fidelibus Orthodoxis Clero, Ordini, & Plebi consistenti Ecclesiae Stabianae per Apostolicam institutionem nostro Arhiepiscopatui subiectis dilectis filiis in Domino salutem. Probabilibus vestris desideriis nihil

attu-

attulimus tarditatis, Fratrem etiam, & Sacerdotem Nostrum Johannem vobis Episcopum ordinavimus, cui dedimus in mandatis, ne unquam illicitas praesumat ordinationes facere: videlicet, ne Bigamum, aut qui Virginem non est sortitus uxorem, neque illiteratum, vel in qualibet parte corporis vitiatum, aut expotentem, vel Curiae, vel cuilibet addictioni obnoxium, ad sacrum Ordinem ne permittat accedere, & si quos hujusmodi forte repererit non audeat promovere: Ministeria, atque ordinationes Ecclesiae, vel quidquid est, nec minuere, sed augere. Concedimus denique ad praesatum Episcopum omnes res, & possessiones suas, quae ex antiquo jure dictae Ecclesiae pertinent, vel pertinentes fuerint. Item concedimus ibidem quantum nostrae Sedi pertinet, intus hos subscriptos fines, quomodo ascendit per fines Surrentinos, a loco videlicet, ubi dicitur Portula (a), *& in cuncto territorio Stabiano, Ecclesiis, Monasteriis, haereditatibus, possessionibus, aqua foetida, & molendino, servis, & ancillis, pascuis, olivetis, salicetis, fructiferis montibus, collibus, & omnia, quae suus Antecessor habuit. Iterum concedimus ei, & inclytam Ecclesiam S. Angeli, quae dicitur ad montem Aureum cum omnibus suis pertinentibus. Concedimus iterum in praedictum Episcopum omnia, quae pertinent in S. Ecclesia S. Angeli in cuncta pertinentia de Castello de Graniano, & de Pino, & in tota pertinentia de Castello Litterae, & in cuncto territorio Amalphitano, & in cuncto territorio Longobardiae, & in cuncto territorio de Plagia majore, & in cuncto territorio Neapolitano, & Nolano. Iterum concedimus eidem Episcopatui, ut habeat potestatem in Monasterio Insulae Rubilianae ad faciendum Clericos, & aedificare Ecclesias, Altaria, & consecrare Presbyteros, & benedicere Abbatem: similiter & in omnibus obedientiis Plagiae, & Stabi: iterumque concedimus eidem Episcopatui omnes Ecclesias, & possessiones, & domos, & hortos, servos, & ancillas, quas habet in tota Civitate Surrenti, & omnibus pertinentiis, hoc est in toto territorio Massae publicae, & in cuncto territorio Massae Aequanae, absque eis, quae sunt juris nostri Archiepiscopatus, & de Episcopatu Lubrano, & de Episcopatu Aequano. Et iterum statuimus, ut Ordinationes Presbyterorum, vel Diaconorum nonnisi primi, quarti, septimi, & decimi mensis Junii, & ingressus Quadragesimalis noverit observandas. Ipsa vero suprascripta Ecclesia sub Nostrae Sedis dominatione, atque potestate liceat semper*

(a) *Portula olim, nunc Porta di Sorrento, & vulgari eorum vocabulo dicitur a Porta. Milante in nota ad marginem dictae Bullae.*

per subjacere, quatenus nostris obediat mandatis, & Apostolica jubeatis jugiter observare praecepta. In tuis vero Clericis oportet te vigilare sollicite sicut bonus, & pervigil Pastor, ut irreprehensibile fiat Corpus Ecclesiae. Mandamus itaque vestrae dilectioni, ut per singulos annos vos, & successores vestri semel ad nostram Sacram Sedem veniatis, & paratus sis in hac sacra Sede nobiscum pariter ad Missam vestire. Huic ergo Sedi Sanctae nostra praecepta servantes de totis animis obsequi oportet, ut irreprehensibile, placitumque fiat Corpus Ecclesiae per Christum qui vivit, & regnat per omnia secula seculorum. Amen. Hujus concessionis edictum quidem Johannis Presbyteri, & Primicerii scribere praecipimus per indictionem quartam ✻ Urso Archiepiscopus ✻ Datum per manus Johannis Presbyteri, & Primicerii. Unde ad futuram memoriam, & perpetuam firmitatem praedicti Domini Episcopi Ecclesiae Stabiensis, Nos Judices, & Notarius supradicti praedicta instrumenta scribi, & exemplari, & hoc praesens publicum instrumentum fideliter exinde fieri fecimus, & in publicam formam redigi per manus praedicti Bartholomaei Vaccarii publici Castrimaris Notarii subscriptionibus nostris, praedictorum Judicum, & testium, & signo ejusdem Notarii roboratum, quod scripsi ego praedictus Bartholomaeus Vaccarius publicus Castrimaris Notarius, qui rogatus interfui, & meo signo solito signavi -- Locus signi.

Ego qui supra Petrus Judex &c.

Ego qui supra Palmerius Judex &c.

Ego Guilielmus Castaldus interfui, & testis sum &c.

Ego Notarius Pascasius Barbaracana interfui, & testis sum &c.

Ego Notarius Petrus Castaldus, qui interfui, & testis sum &c.

Ego Notarius Catellus Valpula testis sum &c.

Ego Johannes Barbaracana testis sum &c.

Primum omnium hic adverte, & aures erige, mi perbelle Milante, & contrahe supercilium ad illa perspicua, nullaque tergiversatione eludenda verba: *Ipsa vero Sancta Ecclesia* (scilicet Stabiana) *sub Nostrae Sedis dominatione, atque potestate liceat semper subjacere, quatenrs nostris obediatis mandatis, & Apostolica jubeatis jugiter observari praecepta*. Confer isthaec cum tua declamatoria oratione, seu potius acri invectiva, qua cane pejus, & angue evocationem Stabiani Episcopi ad praestandam obedientiam Archiepiscopo adeo percellis, ut contra eam arma sumere, atque in arenam descendere non dubites.

Ceterum alia a te proposita difficultas, carissimum caput Milante,

lante, nihil nos moratur, minime licuisse Barbato Archiepiscopo soli sine duobus ad minus aliis Episcopis Gregorium Episcopum ordinare, quod nos libenter concedimus, & adsentimur; at quis hoc a Barbato factitatum negaverit? Cum ea tempestate apud omnes in more positum fuerit ita Episcopos inaugurare, quod decreto Nicaenae Synodi sancitum fuerat, ac lege lata Sacrorum Canonum cavebatur. Magna insuper admiratio subit nostrum Milante, qui fieri potuerit, ut Archiepiscopus Suffraganeum propria auctoritate consecrarit, quum hoc in ejus potestate non esset; nos vero contra mirari satius nunquam desinemus Milante ingenium adeo a Sacris Canonibus alienum, & abhorrens, quos nec a limine salutasse videtur. Prima enim, & praecipua potestas Archiepiscopi inter sex numeratas ab Emmanuele Consalez, & Canonistis omnibus est illa consecrandi Episcopos Suffraganeos (a) jure quidem Metropolitico, non delegato, ut videre est apud doctissimum Franciscum Hallier (b), Morinum (c), Thomasinum, aliosque. Quid quod Hilarius Pontifex M. disertis, & perspicuis verbis id cavit (d): *Ut nullus praeter notitiam, atque consensum Fratris Ascanii Metropolitani aliquatenus consecretur Antistes*. Et Concilium Turonense II. (e) sanxit: *Ut nullus Episcopus accipiat de manu Regis, vel Comitis, vel cujuslibet personae donum Episcopatus, sed Episcopus a suo Metropolitano*. Concordat & Concilium Aurelianense II. (f): *Nullus Episcoporum admonente Metropolitano, nisi certa tædii causa detentus, ad Concilium, vel ordinationem consecrationis venire penitus ulla excusatione detrectet*.

Haec studiosius forsan a Binghamo asserente ediscere non pigebit Milante (g): *Sed relictis hisce Primatibus honorariis, quibus praeter nomen nihil fere erat, pergimus nunc ostensuri quae officia, ac privilegia proprie sic dictorum Metropolitanorum fuerint, nimirum ea, quae sequuntur. Primum quidem eorum erat omnium suorum Episcoporum Provincialium dirigere electionem, eosque vel ordinare, vel ordinandi dare potestatem. Nullum Episcopum ipsis non consentientibus, nec approbantibus eligi decebat, vel ordinari: alioquin enim Canones, & electionem, & ordinationem irritam declarabant. Eorum, quae fiunt (inquit Concil. Nicaenum can.4.)*

con-

(a) *Consalez in can. si Archiepiscop. tempor. ordinat.*

(b) *Francisc. Hallier cap.4. art.2. pag. 715. de sac. ordin.*

(c) *Morin. lib.1. Exercit. cap.4.*

(d) *Hilar. P. M. can.1., pag.461. ex Typograph. Reg. in 9.tom. Concil. Paris.*

(e) *Concil. Turon. II. cap.9.*

(f) *Concil. Aurel. II. can.1.*

(g) *Bingham. §.12. eodem tit.*

confirmationem in unaquaque Provincia a Metropolitano fieri oportet. Et iterum can.6. illud autem est omnino manifestum, quod si quis absque Metropolitani sententia factus sit Episcopus, eum magna Synodus definivit, non esse Episcopum. Eadem lex in Conciliis Antiocheno can.19. Laodicaeno can.12. Arelatensi c.5. & c.6. qui est hujusmodi: Illud ante omnia clareat, eum, qui sine conscientia Metropolitani constitutus fuerat Episcopus juxta magnam Synodum, esse Episcopum non debere. Taurinensi c.1. Sardicensi c.6. Ephesino decret. de Episcop. Cypri, & Calchedonensi Act.13. repetita est. Et quamquam nonnulli Primates Africanos hanc potestatem non habuisse autumant: contrarium tamen ex diversis Conciliorum Canonibus luculenter apparet. Concilium Carthaginense II. dicit c.12. inconsulto Primate cujuslibet Provinciae nemo praesumat, licet cum multis Episcopis sine ejus praecepto Episcopum ordinare. Concil. Carthaginense III. tres ad minimum Episcopos ad Episcopi cujusdam ordinationem requirit. At eos a Metropolitano ad illud negotium auctoritatem habere jubet c.39. Et Concil.IV. c.1 aut ipsius praesentiam, aut saltem auctoritatem, & mandatum requirit. In tali casu Primas, & Metropolitanus unum idemque erant, nimirum senior Episcopus Provinciae, qui plerumque ad eam Ecclesiam, in qua novus Episcopus constituendus erat, se conferebat, eumque sua ipsius dextera consecrabat, quemadmodum Augustinus Epis.261. & Possidius vit. August. c. 8. qui de ipsorum Praxi optime omnium judicare poterant, testificantur. Subrige frontem, Milante, da gloriam Deo, & fatere Archiepiscopis jus, fasque omne fuisse Suffraganeos suos consecrare Episcopos (a).

Quo vero omnes incidere valeat nervos Metropoliticae dignitatis, ac potestatis Milante, in suam sententiam adducit Carolum Dufresne (b), qui verbum illud ordinare idem ac statuere, disponere, Gallis ordonner, disposer, non vero inaugurare, ac Ecclesiasticis ordinibus, & charactere insignire significationem habere vult. Hoc autem non de Ecclesiastica ordinatione interpretatur Dufresne, sed de iis, quae ad res profanas spectant; nam postea subjungit: *Ordinare: Ordines Sacros, & Ecclesiasticos conferre, quod faciunt Episcopi. S.Augustinus Epistol.137. cum promoveri Clericatu conaretur. Ego autem nullo modo adducerer, ut homini, de quo tantum mali existimarem, manus ordinationis imponerem. Gilbertus Lunicensis Episcopus de usu Ecclesiastico ordinat Episcopum,*

(a) *V. Joseph Cantel. de orig. Eccl. Metr.*

(b) *Carol. Dufresne in Glossar. ad Scriptor. Med. & infim. Latinit. tom.3. Edit. Lutetae Parisior. ann.1678. colon.70.*

pum, *Abbatem*, *Abbatissam*, *Sacerdotem*, *& ceteros sex gradus*: *apud Anastasium in Vitis PP. passim habentur haec verba* : *Hic fecit Ordinationes &c.* Vide, Milante, quantis involvere conatus sis veritatem sophismatibus, ac tesquis circumsepire; quae tamen semper victrix in liquidum perducta triumphat, teque ipsum opprimit, & jugulat. Sed tu novus sane Cato mihi videris, de quo tale quiddam protulit Lucanus :

Victrix causa Diis placuit, *sed victa Catoni*.

Ea ordinandi Episcopos Suffraganeos Metropolitica facultas magis magisque in Occidente patet ex monumentis Ravennatis Ecclesiae, a quibus habetur S. Petrum Chrysologum Archiepiscopum Projectum, & Marcellinum Episcopos Suffraganeos anno circiter 448. ordinasse (a), & sequioribus seculis ex Bulla Johannis XV. ab Ughellio producta, in qua inter potestates Archiepiscopi numeratur illa creandi Episcopos Suffraganeos, utpote in more antiquissimo posita: *Concedimus*, *& confirmamus te Grimoaldum Confratrem nostrum in Ordine Archiepiscopatus*, *sicuti quondam Amatum*, *cui primitus vestrae Sedis Archiepiscopatus Salernitanus a nostra Sede*, *nostrorum Pontificum Auctoritate donatus fuit*, *ita vos nostra etiam Auctoritate quiete valeatis possidere*, *ac vigilantius custodire*; *tali namque ordine*, *ut fati sumus*, *id fieri decrevimus*, *ut tu*, *& successores tui in perpetuum habeatis licentiam*, *& potestatem ordinandi Episcopos in iis subjectis locis vobis*, *hoc est Paestanensem Episcopum cum Parochiis*, *& adjacentiis suis*, *necnon Episcopum Acherunthinum*, *simul & Episcopum Nolanum*.

His conformia habet Baronius ad annum 1013., qui de Unuano Haburgensi Archiepiscopo sic fatur: *Visitata Dioecesi*, *& ordinatis Episcopis vacantibus Ecclesiis*, *rebus bene compositis migravit ad Dominum* (b). Similia accipe ab Adam Sciiptore celeberrimo rerum Noricarum : *Haec est Civitas Scarana maxima*, *in qua petente Christianissimo Rege Olaph primus ab Unuano Archiepiscopo Thragot ordinatus est*. *Ille vir strenuus legationem suam perfecit in gentibus duos nobiles Populos Gothorum suo labore Christo lucratus*; *perque illum Episcopum Rex Olaph ingentia Metropolitae Unuano direxit munera*; quod clarius patescit ex Bullis Clementis II. & Sancti Leonis IX. aliorumque RR.PP. quibus eadem Metropolitica facultas creandi, & ordinandi Episcopos in propiis Provinciis excitatur, confirmatur, & demandatur.

(a) *Vide Hieronym. Rubeum in Histor. Raven.*

(b) *Baronius in Annal. Eccles. to.16. ad ann.* 1013.

Clemens Episcopus Servus Servorum Dei dilecto in Christo Fratri Johanni Amuto Salernitano Archiepiscopo, perpetuam in Domino salutem. Quotiens ita contingit, ut exigente necessitate, & maxima utilitate transmutandus est quispiam Episcopus de propria Sede ad aliam; diligentissime perquirenda est persona, utrum necessario sit transmutanda, ut sic major utilitas oriatur, sicut major sedes assumitur. Te vero, Frater carissime, quem unanimitas Cleri, & Populi Salernitanae Ecclesiae una cum Gloriosissimo Principe Guaimario de Sede Paestana accepit, & in suum Pontificem elegit, diligenter discussimus, ne tuae ambitionis causa, & non majoris utilitatis necessitate delectus fuisses, aut forte per simoniacam haeresim. Quod ita ab omnibus est abnegatum, ut nullius audiretur ore prolatum. Siquidem Salerni manentes, & hoc ab omnibus perquirentes cum te audiremus ab omnibus laudari, & ab omnibus videremus amari Dominum benediximus, qui tantam concordiam in tanta hominum diversitate super te potuit efficere, ut nullus videretur discrepare. Etenim circa te idem amor in omnibus, eadem intentio, commune omnibus desiderium. Quapropter annuentes petitioni, votoque eorum omnium, & maxime praedicti Gloriosi Principis Guaimarii, te, Frater, sicut & de Sede propria ad suam transtulerunt, poscentibus tuorum meritis morum, non rapina tuae avaritiae id affectante, Apostolica assentione per hoc nostrae auctoritatis privilegium incardinamus, & inthronizamus eidem Salernitanae Sedi, in qua fungaris Archiepiscopi decore, & honore. Nam in te nobis complacuit quidquid de te fama dispergit, videlicet sanctitas, castitas, benignitas, & omnia, quae Deo placabilia sunt. Unde in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Archiepiscopali pallio nostra Apostolica manu dilectionem vestram insignivimus, quo utaris toties in anno, quoties Praedecessores tuos eo usos fuisse constat. In quo, quia de vellere ovis est, intellige te ovium Pastorem; Et quia eo circumcingeris, & etiam circa humeros portas cognoscas, & undique circumspicias, ne aliqua erret, & in morsus incidat luporum. Quod si aliquando (quod absit) contingerit; eam habeas in humeros ad caulam reportare, & pristinae societati coadunare. Quod vero ante, & retro crux Domini habetur: illud Apostolicum semper docet ante oculos tuae mentis habere: mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Confirmamus etiam tibi ipsum ex integro Archiepiscopatum Salernitanum cum omnibus adjacentibus Parochiis suis. Et insuper licentiam damus, & potestatem ordinandi, & consecrandi Episcopos in his subjectis vobis locis, hoc

est,

est, Paestanensem Episcopatum cum Parochiis, & adjacentiis suis, & Episcopatum Corosanum, & Episcopatum Nolanum, & Episcopatum Malvitanum, nec non & Episcopatum Acerentinum, simulque & Episcopatum Bisinianensem, atque Episcopatum Cusentiae cum omnibus Parochiis, & adjacentiis eorum. Pro Pallio vero quod supra diximus, post discessum quidem tuum, Successores tui perveniant ad Apostolicam Sedem, & usum Pallii, consecrationemque decretaliter recipiant, & non habeant potestatem successores nostri in cunctis praedictis Episcopatibus, quos vobis Apostolica auctoritate concessimus, deinceps Episcopos consecrare, quemadmodum vobis concessum est. Si quis autem nefario ausu (quod non optamus) huic nostrae concessioni aliquo modo contraire voluerit, & omnia suprascripta a nobis firmata, violare praesumpserit, perpetuo anathematis vinculo religetur. Et ut haec nostra concessio firma in perpetuum maneat, Bulla nostra, & sigillo eam signari praecepimus. At qui pie intuitu custos, & observator hujus nostri privilegii extiterit: benedictionis gratiam, & coelestem retributionem a justo Judice Domino Deo Nostro consequi mereatur in secula seculorum. Amen. Scriptum est per manus Johannis Schriniarii, & Notarii Sacri Lateranensis Palatii &c. Datum XII. Kalend. Martii per manus Petri Diaconi, & Bibliothecarii, & Cancellarii Sanctae Apostolicae Sedis, anno Domini Clementis II. Papae I. Indictione XV.

Leo Episcopus Servus Servorum Dei Sanctae, ac Venerabili Salernitanae Ecclesiae, quae est Beatae, & semper Virginis Dei Genitricis Mariae, ubi etiam Gloriosum Matthaei Apostoli, & Evangelistae Corpus cum Beato Martyre Fortunato requiescit, & per eum Confratri nostro Johanni ejusdem Ecclesiae Archiepiscopo in perpetuum. Officium Sacerdotale assumere, si interiori vigilantia perpendamus, oneris est magis, quam honoris; quippe cui propria curare non sufficiat, nisi & salubriter gesserit aliena. Nam ad hanc Pastoralis regiminis curam aggreditur, ut aliorum in se sollicitudinem pia provisione suscipiat, ut in eorum se custodia vigilanter disponat, ne nostra forte desidia invidus hostis rabida (quod absit) quemquam fauce deglutiat, & eorum ad nostram non immerito applicetur poenam perditio, qui commissos solicita custodire cautela negligimus. Exhibeamus ergo quod dicimus, & quibus divini dispensatione consilii praeesse non contigit, prodesse quantum possumus, festinemus, ut dum creditor rationem nobiscum positurus advenerit, lucrum nos fecisse reperiat, & sua (sicut promisit) remuneratione laetificet. Et quoniam adpraesens Ecclesiam istam nullis bonis no-

ſtris honorare, ditare, vel ut oportet, adaugere poſſumus, ſua ſibi confirmare, & indiſciſſa, vel imminuta pia devotione cenſemus conſervare. Unde Fratris Johannis Archiepiſcopi petitioni libentiſſime annuentes, hoc Apoſtolatus noſtri privilegium fieri decrevimus, ſtatuentes Apoſtolica cenſura, ut quaecumque Imperatores, Reges, Principes, aut qui nunc clare principatur Guaimarius, ad hanc domum Domini contulit bona, vel omnia a quibuſcumque Chriſti fidelibus conceſſa, vel in perpetuum ſunt concedenda, rata ſemper, & inviolata permaneant. Confirmamus etiam tibi ipſum ex integro Archiepiſcopatum Salernitanum cum ſibi adjacentibus Parochiis ſuis. Et inſuper licentiam, & poteſtatem damus ordinandi, & conſecrandi in his ſubjectis vobis locis, hoc eſt, Paeſtanenſem Epiſcopatum cum Parochiis, & adjacentiis ſuis, & Nolanum, & Conſanum cum Parochiis, & adjacentiis ſuis, nec non Malvitanum, & Cuſentinum, ſimulque Epiſcopatum Biſunianenſem, atque Epiſcopatum Acerentinum cum omnibus Parochiis, & adjacentiis eorum. Nec non liceat tibi ordinare Epiſcopos ſuper congruentia loca, ſecundum regulam Sanctorum Patrum, in ipſa integritate Salernitani Archiepiſcopatus. Et non habeant poteſtatem Succeſſores noſtri in cunctis praedictis Epiſcopatibus, quos vobis Apoſtolica Auctoritate conceſſimus, deinceps in perpetuum Epiſcopos conſecrare, quemadmodum vobis conceſſum eſt. Si quis autem contra hujus noſtrae praeceptionis privilegium agere praeſumpſerit, aut praeſumentibus conſenſerit, aut fautor extiterit, & non potius obſervare eum in integrum ſtuduerit, ſed noſtram Apoſtolicam hanc praeceptionis interdictionem tranſgredi praeſumpſerit ſciat ſe auctoritate B. Petri Apoſtolorum Principis Coelorum Regni clavigeri, noſtroque Anathematis vinculo & innodatum, & a Regno Dei alienatum, atque cum Diabolo, & ejus atrociſſimis pompis, tranſgreſſorem Sanctorum Patrum Canonica traditione deputatum: quoniam ſcriptum eſt: terminos Patrum noſtrorum nulla auctoritate illicitae temeritatis tranſgredi praeſumi. Et quia opportunitatis exigit ratio, protervos, & transgreſſores ex Canonicae porrectionis fraeno debere conſtringi illius inſuper ſpeciali jaculo perdat animam, cujus temporali gladio Malcus amiſit auriculam. Qui vero hujus noſtri privilegii conſtitutionem, & confirmationem obſervaverit a Domino Deo benedicatur, & aeterni Regni beato interveniente Matthaeo Evangeliſta, particeps effici mereatur. Datum XI. Kal. Auguſti per manus Friderici Diaconi Sanctae Apoſtolicae Sedis Bibliothecarii, & Cancellarii, & Domini Herimandi Colonienſis Archiepiſcopi, &

Ar-

Archicancellarii. Anno Domini Leonis IX. Papae III. Indict. IV.

Celebris etiam est illa constitutio Nicolai II. (a) quae incipit: *Beatitudo vestra: Quia Sedes Apostolica super se Metropolitanum habere non potest, Cardinales Episcopos Metropolitarum vice fungi*; hoc est eo jure uti Cardinales Episcopos in consecrando Pontifice Maximo, quo Metropolitae fruebantur in Suffraganeorum Ordinatione. Haec tamen consuetudo, & Metropolitica potestas (non diffiteor) a Bonifacio VIII., Clemente V. aliisque posteriorum temporum Pontificibus abrogata, & antiquata fuit: ex quo lepidissimum illud, & omni Plautino sale venustius Milante effatum de Metropolitica Ordinatione a suis fundamentis corruit, & veluti fumus in auras evanescit. *Quomodo antiquatum, quod nunquam fuit natum* (b)? Tota enim antiquitas Ecclesiae usque ad XIII. seculum vel etiam XIV. hisce utebantur legibus; deinde Romani Pontifices pro ea, qua praestant in Ecclesia suprema potestate justis quidem de causis, optimisque rationibus exigentibus id ad se jus Metropolitarum avocarunt.

Porro ut quoquomodo vel paululum Surrentinae Civitatis gloriae detrahat Milante, totus effunditur in laudes Capuanae Civitatis, quas ulnis expansis exaggerat; illam tantum Metropolim Civilem Campaniae affirmans, ejusque Episcopum primum Metropolitam ejusdem buccinis crepitantibus extollens; de qua etiam insigne illud Ciceronis praeconium commendat (c): *Majores vestri tres solum Urbes in terris omnibus Carthaginem, Corinthum, Capuam statuerunt posse Imperii gravitatem, ac nomen sustinere.*

Nos autem praeclarissimae illius Urbis nihil gloriae invidentes, quae praeter Ciceronem ipsum, cui auream statuam erexerunt, eximios habuit suarum laudum praecones Peregrinos Patrem, & Filium, Alexandrum, & Camillum, Mazochium etiam, & Pratillum fama super aethera notos, & innumeros alios antiquiores, & nuperos; nec non longissima temporis intercapedine pacis, bellique studiis cum primis floruit, & cum Romana virtute diu fortiter decertavit, quam aspero, ancipitique bello exercuit, atque in maximas angustias redegit, addere denuo, & adji-

(a) *Nicol. II. apud Gratian. can.* 1. *distinct.* 23. *Vide Baron. ad ann.* 1059. *fol.* 157. *tom.* 17. *Johan. Eck. lib.* 3. *de Primat. Petri c.* 40. *Thomasin. part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 19. *Barbosa lib.* 2. *juris Ecclesiast. cap.* 9. *num.* 5.

(b) *Pius Thom. Milante Episc. Stabian. dissert.* 2. *pag.* 82.

(c) *Cicer. orat.* 2. *de leg. Agrar. numer.* 32.

adjicere amplitudini (si quid ad summi honoris culmen accedere potest) non gravabimur; dummodo ipsa nobis ingenue fateatur, Robertum Patritium Surrentinum Capuanae Civitatis supremum arripuisse clavum, & haereditario jure tenuisse, tamquam Socerum Jordani Principis Capuani, quod locupletissimi testes asserunt, & in dubio poni non potest ex monumentis relatis a Gulielmo Tyrio, Scipione Ammirato, Caesare Capacio, Carolo Borello, aliisque: *dum essem ego Ademarius Judex in partibus Nuceriae in loco, ubi dicitur a Camarella, & una mecum adessent Dominus Jordanus Filius quondam Domini Jordani Principis Capuani, & Dominus Sergius Princeps Surrenti Socer ejus*. Insuper Anonymus Casinensis addit (a): *Audita morte Regis Rogerii Comes Andreas cepit Comitatum Alifiae, Robertus de Surrento cepit omnem Principatum Capuae usque Neapolim, & Salernum*. Cui concordat Guilielmus Tyrius Archiepiscopus (b): *Exules quoque, quos tam ipse* (scilicet Guilielmus Rex) *quam Pater ejus de Regno ejiciens, bonis fecerat extorres Paternis, viros inclytos, & potentes, Dominum videlicet Robertum de Surrento Principem Capuanum, Comitem quoque Andream de Rapacanina, & alios multos exhortationibus suis Hadrianus Papa provocaverat, ut in Regnum redirent, & ad jure haereditario sibi debitas possessiones accederent*. Accedit & testimonium valde luculentum Petri Diaconi (c): *Hoc interea anno* 1120. *Robertus Capuanorum Princeps, cujus supra meminimus, vita decedit*. Et Ughonis Falcandi (d): *Robertus Surrentinus a Capuanis suscipitur, & haereditario ad se jure pertinentem occupat Capuae Principatum*.

In horto Surrentini Patritii, & Neapolitani Canonici Viri eximia pietate, & doctrina praediti D. Josephi Sersale, qui etiam Episcopatum Soranum excelso animo renunciavit, adsunt sequentes versus, pro vindicando Surrentinis Roberto Principe Capuano marmore insculpti:

Fu Roberto Sirsal, se al ver si crede,
Di Capua Prence, e valoroso, e prode;
Chiari Scrittor di ciò fan piena fede
L' Ammirato, il Carafa intenti a lode,

Frez-

(a) *Anonym. Casinens. apud Ludovic. Murat. Histor. rer. Ital. tom. 5. pag. 67.*

(b) *Guiliel. Tyr. de bell. sac. lib. 18. cap. 2. pag. 932. typis Wechellianis ann.* 1611. *Hannoviae*.

(c) *Petrus Diac. in Chron. Monast. Cassin. lib. 4. cap. 65.*

(d) *Ugho Falcan. Histor. de Sicil. Calamit. pag. 27. Edit. Paris. apud Mathurin. Dupuys. ann.* 1550.

Frezza, Mazzella, e Monsignor di Tiro
Si bel Soggetto a loro Istorie uniro.
Novelli Momi, a cui la lingua audace
Esce tal hor fuor dal confin de' denti;
Se mai tentasti l' honorata pace
Di Roberto torbar con vostri accenti;
Leggete pria dell' oltra scritte note
Il vero senso, che mentir non puote.

De eo Roberto strenuo, belligero ac pugnacissimo Principe, qui faedus cum Innocentio II. Romano Pontifice iniit, & cum Pisanis, aliisque populis multa bella gessit, pluriesque dimicavit, ita loquitur Summonte (a): *Laonde si sparse fama, che egli* (cioè Guiglielmo) *fusse morto, qual voce non solo andò per tutta la Sicilia, ma anche per lo Reame di Napoli, colla quale occasione il Conte Roberto occupò alcuni luoghi della Puglia, e nello Reame: e Roberto Sorrentino, qual diceva, che il Principato di Capua per raggione di eredità aspettava a lui avendo messo insieme alcune genti, ed andato a Capua vi fu come Principe ricevuto.* Colennucius quoque sic scribit (b): *Roberto di Sorrento Principe di Capua, e Roberto d' Altavilla, e Adriano da Capua mandarono alcuni Ambasciadori ad Adriano Pontefice a pregarlo, che venisse in persona al Regno a ricever le terre, che tenea Guiglielmo &c.* Fazzellus vero haec habet (c): *Robertus Surrentinus, qui haereditario ad se jure Capuae Principatum pertinere asserebat, copiis adauctus a Capuanis suscipitur, & Principatu potitus est.* Hujus etiam Roberti mentionem faciunt Marinus Frezza (d), & Johannes Baptista Carafa (e), nec non Mazzella, Scipio Ammiratus, & Contarinus.

Hinc errat, & maxime fallitur Jamnonius (f), qui male in Surrentinos animatus Robertum hunc non Surrentinum, sed Nortmannum facit: ex longa vero mora Surrenti tracta, nomen de Surrento mutuatum, ac pro Surrentino habitum; hac enim interpretatione, & conjectura fucum veritati illinit, & apertam vim infert expressis historicorum verbis; nam Scipio Mazzella clarissime asserit, hunc Robertum fuisse e Nobili Familia Serisalium Sur-

(a) *Sommont. nell'Istoria di Napoli lib. 2. pag.48.*
(b) *Colennuc. Histor. di Napol. lib. 3. pag. 71.*
(c) *Fazzel.Histor.Sicul. lib.7.pag.447.*
(d) *Marin.Frez. de subpheud. pag. 52.*
(e) *Johann.Baptist. Carafa nella prima part.lib.1.pag.4. e lib.3.pag.60.62.*
(f) *Petrus Jamnon. Histor.Civil.lib.12. tom.2. pag.23.* Il Principe di Capua Roberto, che sinora avea menato i suoi giorni in Sorrento in vita privata, dissimulante Ruggiero; onde perciò lo dissero ancora Roberto di Sorrento.

Surrentinorum (a): *E ſtata anticamente Illuſtre la Famiglia Serſale, la quale benche oggi non ſia in molta fortuna, tutta volta coſta per autentiche, ed antiche ſcritture, che intorno la venuta de' Re Normanni ha goduto ſotto libera Signoria il Principato di Capua*. Et Petrus Ricordati haec de Familia Sirſale aſſerit: (b) *E da poiche noi ſiamo entrati a dire de' Signori del Regno, non voglio trapaſſare con ſilenzio otto Illuſtriſſimi Monaci, alcuni de' quali ancora vivono l' uno di eſſi è Girolamo Serſale Abbate al preſente di Monte Caſino, di cui fu biſavolo Sanſonetto Conte di Ajello, Caſtello poſto vicino a Coſenza. Coſtui è perſona in ogni ſua azione molto deſtra; & ne' maneggi delle coſe molto accorto, ſaggio, e prudente, & è anco di buone lettere ornato: & oltre modo grazioſo, umano, e gentile. Quanto ſia ſtata poi grande queſt' Illuſtriſſima Caſa, vi rimetto all' Illuſtre Iſtoriografo delle coſe di eſſo Regno Giovan Battiſta Carafa, il quale dice, di un Roberto Serſale (di quei tempi, cioè un ſettecent' anni ſono, che erano Signori a bacchetta, e non dipendevano da neſſuno, non eſſendovi ancora Re) eſſere ſtato Principe di Capua, l' imagine del quale non ha molto, che fu in eſſa Città ritrovata. Andò già queſta Famiglia di Sorrento ad abitare in Coſenza: e quelli, che oggi ſono in Napoli, ſono aſcritti, ed anno voce nel Seggio di Nido*.

Jam vero laudatus Fazzellus Robertum Surrentinum, non de Surrento appellat (c). Et Capacius (d): *Robertus, qui Serſalis creditur Capuae Princeps, qui multa pro Romana Eccleſia geſſit contra Gulielmum II. ſub Hadriano IV. P. Alexander tamen Monachus in Hiſtoria Caſſinenſi hunc cum Rogerio Nortmanno manus conſerentem prope Neapolim fuiſſe profligatum anno* 1075. *Et Auctor Hiſtoriae Monaſticae ſcribit, ſe vidiſſe nummos ab hoc Principe cuſos cum Serſalium inſignibus*. Quod ſatis ſuperque eſſe videtur ad enervandam, elevandamque Petri Jamnonii fabellam Surrentinis Patritiis Principatum Capuanum ablegantem. Tanta autem erat Nortmannorum Capuanorum Principum magnitudo, & Majeſtas, ut more Regio ſacro oleo ungerentur (e); quare ita concludit Caeſar Molignanus (f); *Roberto Serſale Principe di Capua, di cui racconta il Colennuccio nel ſuo Compendio, che oprò molto in favor della*

(a) *Scipio Mazzell. nella Famigl. Serſale a carte* 736.

(b) *Petrus Ricord. nell' Iſtoria delle cinque giornate edita nell' anno* 1575. *p.* 216.

(c) *Fazzell. pag.* 446. *&* 449.

(d) *Capacius Hiſtor. Neapol.* 515.

(e) *Vide Peregrinum in Stem.*

(f) *Caeſar. Molignano deſcrizione dell' origine ſito, e Famiglie Antiche della Città di Sorrento.*

la Chiesa contro Goglielmo II. Re di Napoli, e di Sicilia sotto Adriano Papa IV. La considerazione dell' altezza di questo Dominio basterebbe, che l'altre Città del Regno lasciando d'emular la grandezza di Sorrento cedessero alla pretenzione d'esserle equali. Idcirco maxima fit accessio laudis Surrentinae Urbi, quod ejus Patritius, ac contribulis Capuani rexerit gubernacula Principatus, eique supremo jure, & quidem haereditario imperaverit, quae omnia adjuncta antiquitati, ac pristino splendori in causa sunt, ut, excepta Neapoli, quae caput est reliquae Regni Civitates ei primas semper concesserint.

Altera, quae se offert Milante difficultas in eo consistere videtur, quod nimirum in nullo Caesarum Laterculo invenire sit Surrentum Picentinorum Civilem Metropolim, ut ita postmodum illi Ecclesiasticam adjungere possimus dignitatem; at nos praeterquamquod Sacra a Prophanis discernimus, & Ecclesiasticas Metropoles a Civilibus discriminamur (nam qui ea via gradi voluerunt a veritatis tramite toto coelo aberrarunt, atque in scopulos saepissime impegerunt; etsi in nonnullis convenisse fateamur, ab ipso Milante petimus (fac amabo Caesarum Laterculum in promptu, ac penu, imo & in manu sit) major ne volvendus? At in isto tantum describebantur Magistratus, & Officiales Domus Augustae, nec non personae, quae Civilia obibant munia; an vero minor? Sed iste Praefecturas Militares, & Equitum Magisteria, gradusque complectebatur, sive, ut aliis placet, major Laterculus erat, quo Magistratus omnes tum Civici, cum Militares, & copiarum numerus continebantur: minorem appellabant alterum, qui indiculum dabat non minus eorum Militum, qui limites Imperii tuebantur, quam suorum Praefectorum, Tribunorum, & Praepositorum Castrentium. Horum porro Laterculorum alter erat in potestate Primicerii Notariorum, alter ab ipso Principe servabatur. Emanasse vero primum sub Antoninis, juris periti statuunt. Certe is liber inter insignia Magistratuum ostentabatur cum aliis symbolis Praefecturarum Imperii divisi, quod sepius occurrit apud Pangirolam (a), & ejus Custodes appellari soliti in jure Civili Laterculenses. Nequaquam igitur in Laterculo Caesarum Surrentum Metropolim expiscari, aut venari poterimus, quum Surrentum non miles, aut Praefectus Praetorii, aut alius Magistratus fuerit, sed Civitas, seu Metropolis; unde vero id habebimus? Ex historicis, Geographis, aliisque monumentis.

 Addit

(a) *Pangiról. in Comment. notit. Imper.*

Addit Milante Antiochenum Patriarcham minus recte Flamines, & Archiflamines a Gentilium Sacerdotibus in nostros invexisse Archiepiscopos, & quod pejus est Archiflaminum nomen proprio Marte obtrusisse, eosque Archiepiscopis comparasse, quemadmodum Flamines Episcopis. Quia vero ejus animus justo nimis in Patriarcham commotus, ac veluti lymphatus, infatuatusque videtur, omnem movere lapidem conatur, ut eum quoquomodo proscindere possit, quod tamen econtra illum saepe in errores absurdissimos demittit, atque a mentis praesidio, & rationis culmine quodadmodo dejicit, exturbatque. Nemo enim est, qui ignorat Flamines, qui & Graece Στεφανηφόροι, Sacerdotes fuisse uni alicui Numini addictos, a Numa primum creatos tres Dialem, Martialem, Quirinalem; his additos duodecim alios in honorem aliorum Deorum. Primi Majores dicebantur (quod idem est, ac Archiflamines) atque ex solis Patritiis eligebantur; alii vero minores dicti, & ex Plebeis creati; hos inter ingens discrimen intercedebat; primi enim Flamines, seu Archiflamines in Collegio Pontificum sedebant: secus vero secundi, ut habemus ex Cicerone in Oratione pro Milone. His accesserunt Flamines in Imperatorum honorem instituti, ut Augustalis, Hadrianalis &c. Reponet hic Milante: utcumque se res habeat, certe Archiflaminum nomen nullibi gentium est auditum; & Patriarcha hac in re haesit in salebris; verum consulere potuisset Emmanuelem Consalez, ex quo multam segetem, ac notitiam, imo expressa nomina Archiflaminum hausisset (a). Pergit Milante, quoniam ejus scopus in unum Antiochenum Patriarcham est directus, accusationem contra illum instituens de vocatione facta, cum Archiepiscopatus Surrentini habenas moderaretur Suffraganeorum Episcoporum ad praestandam bis in anno obedientiam Archiepiscopo Surrentino contra vetitum S. C. T. Ses. 24. cap. 2. de Reform. atque adeo manifeste in jus eum vocat, ut diem dicat in S. Congregatione Concilii, qua etiam hujusmodi evocatio prohibita ab eodem asseritur. Bone Deus, quis te malus genius usque eo impulit, ut apertam imposturam conflares, & immerentem Praesulem in judicio tam dire vexares! Nam te non effugerat tum Salernitanum Archiepiscopum, cum Cosentinum, Amalphitanum, aliosque etiam post Tridentinum decretum ad obedientiam evocare Suffraganeos. Rossanensem vero non solum vocare post Tridentinum Suffraganeos, verum

(a) *Emmanuel. Consalez. de offic. judic. ordinar. cap. 9.*

rum etiam ab illis exigere per Procuratores obedientiam; quamvis is Titularis, & honorarius sit tantum Metropolita; appellationes enim subditorum a Suffraganeis non ad Archiepiscopum Rossanensem, sed ad Romanum Pontificem immediate deferuntur. Bene etiam noveras Innocentii III. P. M. privilegium Surrentinis Archiepiscopis non tam collatum, quam confirmatum, quo cubitalibus, & uncialibus literis cavetur, ut singulis annis a Suffraganeis Episcopis Archiepiscopo Surrentino obedientia praestetur; quemadmodum in Aula Archiepiscopalis Palatii observatur descriptum: *Huic Privilegium obedientiae in futurum praestandae ab Episcopis, Ecclesiasticis, & Secularibus totius Provinciae anno* 1208. *Innocentius Papa III. confirmavit*; quod quidem a Tridentino Concilio nequaquam fuit abrogatum. Hoc autem privilegium adhuc asservari in Archivo Canonicorum Metropolitanae Surrentinae testantur Acta Concilii Provincialis Surrentini coram Julio Pavesio anno 1558.; perinde ac Synodi Dioecesane coactae ab Archiepiscopo Antonio de Petio anno 1645. Prostant etiam in nostro Archivo, & legere illos cuique datur, quos & tu, Milante, inquirere poteras, & forsan inquisisti, innumeri actus vocationis Suffraganeorum ad praestandam obedientiam tam ante, quam post Tridentinam Synodum, & praecipue contenti in Broliardo, seu Regesto in Archivo Archiepiscopali adservati ab anno 1559. usque ad annum 1571. in quo functiones obedientiae exhibitae a Suffraganeis Archiepiscopo sic describuntur: *Vocato Episcopo Stabiensi cum Mitra, & Crotia, qui non comparuit, sed pro eo Presbyter Stephanus cum Mitra & Crotia faciens debitam obedientiam, & asserens, quod dictus Episcopus, & ejus Vicarius sunt infirmi, & per Reverendissimum in Christo Patrem, & Dominum D. Julium Pavesium* (qui utique Tridentinae Synodo interfuerat) *fuit admissa dicta obedientia constito de infirmitate praedictorum. Vocato Episcopo Aequensi, qui Pontificialiter indutus comparuit, ut moris est cum Mitra, & Crotia. Vocato Episcopo Lubrensi, qui comparuit Pontificialiter indutus cum Mitra, & Crotia.* Persimiles hujusmodi actus etiam post celebratam Tridentinam Synodum ab anno nimirum 1559. usque ad annum 1588. imo & usque ad hunc diem, licet vocati Episcopi Suffraganei praesto non sint, passim occurrunt; nec Milante nostrum latebant Bullae Barbati, & Ursi, quas tanto cum labore, ac studio a Cavensi Archivo deprompserat, quibus ea obedientia tamquam praecipua Suffraganeorum obligatio describitur, & imperatur his verbis: *Mandamus*

damus vobis, ut per singulos annos vos, & Successores vestri ad nostram sanctam Sedem veniatis, & paratus sis in Sacra hac Sede nobiscum etiam ad Missam vestire &c. Cui conformia sunt verba Gilberti Capuani Archiepiscopi, quibus S. Stephanum Calatiensem Episcopum inaugurans ad Clerum, & Populum scribit anno 978. (a): *Fratem jam, & Coepiscopum nostrum Stephanum vobis ordinavimus Sacerdotem: cui dedimus in mandatis, ne unquam ordinationem praesumat illicitam, ne bigamum, aut qui virgine non est sociatus uxore, neque illiteratum, vel in qualibet corporis parte vitiatum, aut expaenitentem, vel Curiae, aut cuilibet conditioni obnoxium, notatumque ad Sacrum Ordinem permittat accedere &c.* Subdit Mabillonius (b): *Haec sane monita non dormitantis sunt Archiepiscopi, sed strenue pro suo grege invigilantis.*

Quod tamen te e causa omnino dejicit Milante (nam tecum sine signatis tabulis agere nollem) est definitiva illa ejusdem Sacrae Congregationis Concilii sententia luculentissimis verbis expressa, Episcopo Castrimaris tuo Antecessore contra obnitente maxime, lata anno 1697. memoria nempe adhuc vigente in animis tuorum Canonicorum, aliorumque Stabiensium Civium.

Copia &c. „ Surrentina Obedientiae -- Cum Archiepiscopus „ Surrentinus vigore cujusdam asserti privilegii Innocentii Papae „ III. reperiretur in antiquissima possessione vocandi, seu invitan„ di bis in anno, nempe prima die Maji, & in Festivitate Sanctis„ simi Corporis Christi Episcopos Suffraganeos Castri Maris, Mas„ saelubrensis, & Viciaequensis, ad sibi praestandam obedientiam, „ iidem Episcopi freti non minus dispositione Sacr. Concilii in „ cap.2. Sex.24.de Ref.quam declarationibus hujus Sacrae Congre„ gationis in specie ad eorum favorem usque de anno 1578. ema„ nati, in quibus dictum fuit, Episcopos Comprovinciales non „ teneri accedere ad praestandam obedientiam Archiepiscopo, nec „ per se ipsos, neque per Procuratorem quacumque consuetudine „ etiam immorabili in contrarium non obstante, recursum habue„ runt ad hanc Sacram Congregationem pro totali abolitione „ praemissae consuetudinis, & quamvis pro parte Archiepiscopi „ declaratum extitisset, se nullo modo velle cogere suos Suffra„ ganeos ad comparendum, nec per se, nec per Procuratores, „ sed esse contentum de nuda, & simplici vocatione activa, seu „ in-

(a) *Vid. Erasm. Gattula Histor. Abbat. Cassinens. part. I. pag. 105.*

(b) *Mabillon. p. 12. Praefat. ad saec. V.*

„ invitativa juxta consuetudinem inviolabiliter servatam etiam
„ post dictam resolutionem anni 1578. nihilominus proposito du-
„ bio; An Archiepiscopus possit vocare Suffraganeos diebus pri-
„ ma Maji, & Festo Sanctissimi Corporis Christi quolibet anno
„ ad sibi praestandam obedientiam, etiamsi eosdem non compellat
„ ad comparendum per se, vel Procuratores, aut Substitutos, Sa-
„ cra Congregatio sub die XI. Septemb. 1694. utraque parte infor-
„ mante, negative respondit. Adversus hanc resolutionem, obtenta
„ per Archiepiscopum nova audientia dati fuerunt articuli ad
„ probandum per testes famam privilegii ab Innocentio III. Eccle-
„ siae Surrentinae, ut praetenditur, concessi super jure cogendi
„ etiam Suffraganeos ad personalem obedientiam, & quod num-
„ quam loco eorumdem Episcoporum substitui consueverit aliquis
„ Clericus cum Mitra, & Baculo ad praestandam dictam obedien-
„ tiam, prout in antecedenti propositione suppositum fuerat, ex-
„ peditisque litteris remissionalibus, & compulsorialibus directis
„ Eminentissimo Ursino deventum fuit ad formale examen te-
„ stium, atque ad compulsationem plurium jurium ad causam
„ facientium, delatoque ad Curiam processu, iterum hodie re-
„ solvendum proponitur. An sit standum, vel recedendum a de-
„ cisis sub die XI. Septemb. 1694. Die 23. Martii 1697. Sacra Con-
„ gregatio Eminentissimorum S.R.E. Cardinalium Conc. Tridenti-
„ ni interpretum censuit recedendum a decisis, & manutenendum
„ Archiepiscopum in quasi possessione vocandi, sed non tene-
„ ri Episcopos Suffraganeos accedere, nec per se, nec per procu-
„ ratores -- T. Card. Sacripantes Praef. -- F. Nuptius S.C.C. Segr. --
„ adest sigillum impressum gratis etiam quoad scripturam.

Non absimilis impostura est, quae tantum virum dedecet, & patientissimum quemque exacerbaret, commoveretque illud, quod adjungit Milante, tres Clericos se sistere ante Thronum Archiepiscopi Surrentini loco Episcoporum Suffraganeorum evocatorum ad obedientiam, quod se audivisse affirmat a viris fide dignis, & qui huic negotio interfuerunt; sed hoc etiam dandum est solitis Milanteis commentis, ne dicam, cavillis; Episcopi enim Suffraganei suo ordine vocantur, nec quisquam eorum vicem repraesentat, aut personam gerit; quod tam verum, ac notum est vel lippis, ac tonsoribus, ut probatione ulla prorsus non indigeat. Inauditae ante hunc diem calumniae succedit alia subsidiaria, quae non tam ad iracundiam, quam ad risum concitat, Clericos nempe Pluviali, Cappa, & mitra ornatos Archiepiscopali Throno astare vicem

Suf-

Suffraganeorum ſuſtinentes; quo enim in Rituali, ut dicunt, aut alio rerum liturgicarum libro, quorum ſatietas eſt, pervoluerit Milante, aut repererit, Clericos, aut quoſcumque alios Eccleſiaſticos Miniſtros Cappa ſimul, ac Pluviali, & Mitra indui ſolitos, hariolari haud equidem poſſumus. Veſtram igitur omnium fidem obteſtamur, Magiſtri Sacrarum Ceremoniarum quotquot eſtis in Orbe inſtructiſſimi; ſi unquam ejusmodi Eccleſiaſtici apparatus ſpecimen vel ludicre edidiſtis, aut tale quiddam deforme ſpectaculum vidiſtis?

Tandem valde taedet referre, quae ad oſtentationem Eccleſiae Stabienſis jactat Milante his verbis (a): „ Quid autem mirum, „ quod poſt ſciſſuram primevae Dioeceſeos Stabianae duabus aliis „ ex ipſa conflatis Dioeceſibus Literenſi nimirum, & Aequana; „ illa priſcam ditionem non habeat? Vel ex hoc glorioſior erit „ quae duarum aliarum Eccleſiarum eſt parens, & origo. Sed „ quod magis eadem eſt obſervandum id procul dubio eſt, quod „ infimis adhuc ſeculis uberior erat Menſa Stabienſis prae Surren- „ tina; nam dum fuit peracta taxa (de hac re, & de tempore „ ejus vide Authores de ea tractantes) Datariae, ſeu Cancellariae „ major fuit taxa Stabienſis Eccleſiae prae Surrentina. Pro Sta- „ bienſi namque LX. floreni aurei ſtatuuntur, pro Surrentina au- „ tem L. ſtatuuntur, ut ex Ughello habetur „. Audiſti Amice Lector ampulloſum Milante faſtum? Audiſti petulantiam ſingularem? Audiſti fumoſam jactantiam? Numquid Eccleſiae dignitas penſanda eſt a rei familiaris magnitudine, aut a pecuniarum copia exiſtimanda? Cum auri ſacra fames ſit in *muſcipulam pedibus inſipientium* (b); an potius ab humilitate, a rerum humanarum contemptu, & abdicatione, a Sacrorum cultu, ab accurata Divinorum operatione, ab animarum zelo, & ſollicitudine, a Sanctitate denique & prompta praeceptorum obedientia, atque executione, uti ajebat S.Petrus Damiani (c): *Nunquam certe vidiſſe me memini Pontificales Baculos tam continuo radiantis metulli nitore contectos, ſicut erant, qui ab Eſculano, atque Tranenſi geſtabantur Epiſcopis; uterque tamen in Apulis finibus, Nicolao Praeſidente, alter in Lateranenſi Eccleſia coram Alexandro Papa, Romanis ſcilicet Pontificibus, ſunt dejecti; nec eis profuit, quod Pontifices ligneis auratis uſi ſint baculis, dum Sacerdotii meritum non nitor efficiat*

(a) *Pius Thom. Milant. Epiſc. Stabian. de Stab. Stabian. Eccleſ. & Epiſc. ejus Diſſert.* 2. *pag.* 108.

(b) *Oſ.* 5. & 1.

(c) *Petrus Damian. in Epiſt. ad S.Eccleſ. Cardinal.*

ficiat vestium, sed spiritualium norma virtutum. Hinc S.Leo (a) pronunciat: *Si quis Episcopus mediocritate Civitatis suae despecta, administrationem loci celebrioris ambierit, & ad majorem se Plebem quacumque occasione transtulerit, non solum a Cathedra pellatur aliena; carebit & propria; ut nec illis praesideat quos per avaritiam concupivit, nec illis, quos per superbiam sprevit.* Et S.Gregorius sic increpat Antistites temporalibus lucris inhiantes (b): *Et quia eo ipso, quo ceteris praelati sumus, ad agenda quaelibet majorem licentiam habemus, susceptae benedictionis ministerium vertimus ad ambitionis argumentum: Dei causam relinquimus, ad terrena negotia vacamus: locum sanctitatis accipimus, & terrenis actibus implicamur.* Praeterea S.Hieronymus acriter in eos Episcopos invehitur, qui *paupere relicta sponsa ad ditioris amplexus convolant.* Praetermittimus ejusdem Milante saepe repetitam cantionem, qua Stabianam Ecclesiam facit parentem Literensis, & Aequanae Dioeceseos, cum citra dubium sit, Vicanam, seu Aequanam Ecclesiam a Surrentina divulsam, ut mox dicetur; quemadmodum & Literensem Metropolitae Amalphitano, cujus a Dioecesi abscissa fuerat, suppositam:

Quis tibi nunc sensus, audis dum talia noster

Milante? Tu injustam accusationem contra Archiepiscopum, atque adeo Patriarcham instituisti; Tu falsum in judicio protulisti; tu Metropoliticam dignitatem de medio tollere non dubitasti; tu Ecclesiastica jura, & Canonicas Sanctiones infringere non erubuisti; tu non ad veritatis normam, sed pro arbitrio cuncta componere; tu Sacrorum Auctorum loca corrumpere; tu imposturis falsa contegere; tu Sacrae Congregationis sententiam, quae te non praeteribat, ut tibi facilior ad calumnias aditus pateret, nostro damno occultare non es veritus. Tu tandem Surrentinam Civitatem omnibus ornamentis spoliare, & nudatam suis Oppidis, & Pagis luctu, ac squalore demersam relinquere ausus es, imo illi Stabias eversas, & ignobiliora loca anteferre artificiose contendisti. At nos, quos tui miseratio libenter tenet, excusamus nimium, quo ferebaris in Patriarcham Antiochenum, ardorem, & impetum. Tu interim quae male scripsisti, verso stylo expunge, & calumnias quoad fieri datur, deterge, & accusa, ac male scriptorum in Patriarcham palidoniam cane.

Praetereunda tamen non est dica illa, quam scribit etiam Milante

(a) *S.Leo Epist.64.* (b) *S.Gregor. Homil.17.in Luc.cap.17.*

lante contra Synodum Dioecesanam Surrentinam ann. 1645. coactam coram celebri Archiepiscopo Antonio de Petio tamquam male de Ecclesiastica Hierarchia merentem, utpote barbarie sermonis redundentem, proindeque nullius pensi, nulliusque momenti reputandam; At nos delicias Milanteae latinitatis a purissimis fontibus haustae, ejusque castigatae locutionis aeque admiramur in toto suo hoc opere, & in his praesertim voculis Protocolla p. 1. v. 30. Incertitudo p. 4. v. 17. Nullimode p. 7. v. 17. Pariformiter p. 23. v. 26. Grossioribus, & elongationis p. 24. v. 24. Prosiguam p. 25. v. 13. Lactiginosi p. 26. v. 24. Notanter p. 32. v. 21. Transuadata p. 45. v. 7. Calcinato p. 52. v. 1. Tristegis p. 53. v. 9. Concludenter p. 57. v. 32. Inadvertentia p. 68. v. 14. Nescientia ibidem. Caespitationem p. 72. v. 11. Inconvenientia p. 82. v. 23. Foeculenta p. 118. v. 22. Processu p. 129. v. 30. Verificari p. 140. v. 6. Diversimode p. 94. v. 20. Commemorantia p. 102. v. 2. Obdormivit in pace 141. v. 13. Quotifariam p. 146. v. 13. distinctiva p. 180. v. 24. Extemporaneam p. 186. v. 10. Incardinatus p. 191. v. 4. Authenticata p. 192. v. 11. Hic punctus p. 198. v. 24. Proportionaliter p. 199. v. 10. Praeconizatus p. 225. v. 22. Punctatum p. 226. v. 9. Requievit in pace p. 235. v. 1. Innoxium emisit spiritum p. 237. v. 15. Hieropei p. 279. v. 29. Annata p. 238. v. 6. Abiit ad Creatorem p. 247. v. 27. Capitulationes p. 254. v. 6. Adfoliatae p. ibidem v. 9. , & timoratae v. 12. Incompetentia p. 268. v. 13. Conformitate p. 272. v. 17. Ut ei in morem est p. 288. v. 22. Paterne insinuavit (loquens de Clero Stabiano) ut Neapolim lares transferrent ad edocendum quod summo emolumento plures fecerunt &c. p. eadem v. 31. &c. aliaque hujusmodi sexcenta, quae profecto, si Diis placet purae putae sunt latini Idiomatis appositae dictiones, & elegantiae? Silentio occulimus quae de Canonicis Surrentinis blaterat, & livido mordet dente Milante, quasi delatores Canonicorum Stabientium; sed quia id sine teste sine tabulis, sine probationibus, gratis adserit, & falsi saepe convictus est, ne prolixiores simus, ac taedium lectori faciamus, denuo ignoscimus, correctumque dimittimus; atque ita plane ab ovo ad malum, a carcere ad metam Milante tot cavillationes excussimus, tantasque fabellas, & praestigias in Patriarcham Antiochenum consarcinatas, quoad fieri potuit in his temporis angustus diluimus, explosimus, explanavimus.

Pudeat nunc, & vehementer pudeat Canonicos Stabienses classicum in propriam Metropolitanam Ecclesiam, & Matrem

tam

tam insolenter, audacterque intonuisse, eamque confidentius asseruisse etiam (a): *Numquam jure Metropolitico, & aliis honorificis titulis insignitam, ut variis nugis Patriarcha de Anastasiis ostendere conatur*. Sed videant ne tanti criminis poenas Deo Optimo Maximo aliquando dare cogantur. Nos enim illis hoc ingrati animi vitium libentissime condonamus: *Non reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto, sed e contrario benedicentes, quia in hoc vocati sumus, ut benedictionem haereditate possideamus* (b). Si enim (c) *Illis vellemus pro maledictis maledicta rependere; quid aliud quam plures maledicti essemus?*

(a) *In Indic. Rer. Notabil. Pii Thom: Milant. de Stab. Stabian. Eccles. & Episc. ejus in lit. E.*

(b) *S. Petr. 3. , & 9.*

(c) *S. Augustin. lib. 3. adversus Titilianum cap. 1.*

ANIMADVERSIO TERTIA

IN DISSERTATIONEM TERTIAM, QUARTAM, QUINTAM, ET ULTIMAM EPISCOPI STABIANI.

CAPUT I.

De Epocha S.Catelli.



RES ſequentes Milante Diſſertationes ſub uno faſce comprehendere e re noſtra duximus, quia tertia tota quanta eſt in uno Monte aureo Menſae Epiſcopali Stabianae aſſerendo vertitur, pro quo tanta navitate, & nervorum contentione eniti conatur Milante, ut vix pro Aureo vere monte comparando, recuperandove par labor impendendus eſſe videretur, aut opera collocanda; non quidem ob conceſſionem Barbati Archiepiſcopi Surrentini, ſed ex diplomate Federici II. Imperatoris, & Regis Siciliae; attamen quia non libet, nec vacat pro eo negotio contentionem cum Milante inire, ideo praeſtabit tantum ipſum Diploma in medium paucis adjectis notulis, animadverſionibusque vocare.

In Nomine Domini Dei Aeterni, & Salvatoris Noſtri Jeſu Chriſti, Anno ab Incarnatione ejuſdem milleſimo, ducenteſimo trigeſimo Menſis Septembris quartae Indictionis, Imperante Domino Noſtro Frederico Dei Gratia Inviċtiſſimo Romanorum Imperatore ſemper Auguſto, Hieruſalem, & Siciliae Rege, Imperii ejus anno decimo, Regni Hieruſalem V. Regni vero Siciliae XIII. feliciter. Amen. Dum nobis Henricus de Morra Magnae Imperialis Curiae Magiſter Juſtitiarius olim in Caſtris prope Cepparanum, ubi erat Dominus Imperator, de ſpeciali mandato ipſius pro quaeſtione infraſcripta nobis facta Curiam regeremus aſſiſtentibus nobiſcum Simone,

mone, & Henrico de Tocco, Roffrido de S. Germano, & Petro de Vineis ejusdem Magnificis Judicibus proposuit Petrus Archidiaconus Stabiensis pro parte Episcopi Stabiensis, nomine ipsius Episcopi, & Ecclesiae suae, cujus Procurator & Oeconomus est, quod constitit contra Guarnerium, quod ipse possidet, & tenet Ecclesiam Sancti Angeli de Monte Auro ad ipsum Episcopum, & Ecclesiam suam Stabiensem de jure spectantem, quam Ecclesiam dictus Episcopus assignavit custodiendam tempore turbationis Henrico Theutonico olim Castellano Castrimaris pro servitio, & honore Domini Imperatoris, ne per ipsam Ecclesiam, & loca, in quo sita est dicta Ecclesia, ipse Dominus Imperator, vel fideles sui possent in aliquo damnificari; unde cum turbatio cessavit, & dicta Ecclesia spectet ad Episcopum, & ad Ecclesiam suam, sicut praedictum est, petiit nomine dicti Episcopi ipsam Ecclesiam a dicto Guarnerio sibi restitui cum omnibus justis rationibus, & pertinentiis suis salvo jure &c. Guarnerius litem contestando respondit, dicens se ipsam petitam Ecclesiam tenere cum pertinentiis suis, ignorat tamen Ecclesiam petitam ad Episcopatum & Ecclesiam Stabiensem pertinere salvis omnibus rationibus suis. Lite igitur contestata, praefatus Guarnerius constituit procuratorem suum Magnificum Benedictum de Isernia, & ex parte vero praefati Archidiaconi ad probandum de jure Ecclesiae fuerunt quaedam instrumenta in judicio praesentata, in uno quorum vidimus contineri, qualiter olim Barbatus Surrentinae Ecclesiae Archiepiscopus concessit dictam Ecclesiam S. Angeli cum omnibus pertinentiis suis Gregorio tunc temporis Episcopo Stabiensi inter cetera, quae eidem Episcopo concedebantur. In secundo instrumento similiter vidimus denotari, qualiter idem Barbatus Archiepiscopus Surrentinus inter cetera, quae concessit Sergio tunc temporis Episcopo Stabiensi, concessit nominatam Ecclesiam supradictam S. Angeli cum omnibus suis pertinentiis. In tertio instrumento similiter continebatur, qualiter Urso Archiepiscopus Surrentinus Johanni Episcopo Stabiensi eandem Ecclesiam S. Angeli cum pertinentiis suis concessit. Praesentavit etiam idem Archidiaconus quoddam scriptum Palmerio Venerabili Episcopo Castrimaris indultum olim a Domino Nostro Serenissimo tunc Rege, in quo continebatur expressum, quod idem Dominus noster concessit, & confirmavit praedicto Episcopo Ecclesiam S. Angeli cum omnibus pertinentiis, & tenimentis suis secundum quod idem Episcopus, & Ecclesia sua unquam melius tenuit, & possedit. Ostendit etiam Privilegium D. Nostri Imperatoris, in quo manifeste vidimus contineri, quod idem

D. Noster Imperator post felicem coronationem suam concessit, & confirmavit Ecclesiae Stabiensi, & Palmerio predicto Episcopo Ecclesiam S. Angeli, quam praedecessores ejus possederant. Ostendit igitur Imperiales literas missas olim Abbati Matthaeo, in quibus continebatur, quod D. Imperator tradiderat eandem Ecclesiam S. Angeli, quam spectare credebat ad sua Regalia; & quia Venerabilis Stabiensis Episcopus quaedam privilegia, & authentica scripta D. Imperatori ostendit, qualiter praedicta Ecclesia S. Angeli ad ipsum spectaret de jure, visis rationibus Episcopi, mandavit D. Imperator eidem Abbati Matthaeo, quod visis literis, eandem Ecclesiam cum tenimentis, & rationibus suis, secundum quod extiterit adsignata, praedicto D. Episcopo resignaret. Item ostendit aliam scripturam sigillo D. Gualderii Catanensis Episcopi, & Regni Siciliae tunc Cancellarii roboratam, in qua inter cetera vidimus contineri, quod idem Cancellarius cum de mandato Regio venisset ad partes terrae laboris, requirens Ecclesias, & alias rationes suas, quae ad Cancellariam suam spectabant, vel quae erant de Camera Regia, & cum dictum fuisset, quod Ecclesia S. Angeli de Monte Aureo ad Cancellariae demanium pertinere videbatur, dum ire ad eam contenderet, vidit privilegia, & alias rationes, quas idem Palmerius Venerabilis Stabiensis Episcopus de eadem Ecclesia praesentavit. Quibus visis Ecclesiam ipsam S. Angeli de Monte Aureo cum omnibus pertinentiis suis ad praefatam Ecclesiam Stabiensem de jure spectantem dimisit pleno jure pacifice possidendam. Item praesentavit aliud instrumentum confectum per D. Henricum de Vineis tunc temporis Castellanum Scafati, & Castelli maris roboratum subscriptionibus Gualterii de Bauclumo Judicis Salerni, & Gualterii Judicis Summe, in quo vidimus contineri, quod Notarius Thomas de Cicala constitutus ab eodem D. Henrico Procurator pro parte Curiae proposuit contra D. Palmerium Episcopum Stabiensem, petendo ab eo, & Ecclesia sua Cappellam S. Angeli de Monte Aureo, quam dicebat spectare ad Curiam D. Imperatoris, super quo per negationem Episcopi lite contestata inductis probationibus pro parte Episcopi, quia per privilegia, & instrumenta plene probatum fuit de jure Ecclesiae Stabiensis, fuit idem Episcopus ab impetitione dicti Procuratoris pro parte Curiae constituti, sententialiter absolutus. Quibus omnibus rationibus Ecclesiae Stabiensis in judicio praesentatis, nihilominus super earum juribus per praefatum Magnificum Benedictum satis est disputatum, quarum effectus non potuit per allegationes contrarias enervari; & cum ex parte Guarnerii probationes nullae fuissent

indu-

inductae, nec potuissent induci, tandem Curia procedente Rapollam, ubi assidebant nobiles praedictus Simon de Tocco, & Roffridus de S. Germano M. Curiae Judices, denunciatum fuit partibus, & conclusimus. Nos vero qui supra Magister Justitiarius, & Judices, diligenter consideratis probationibus, quas induxit Archidiaconus memoratus, quia plene vidimus constare de jure Ecclesiae Stabiensis, diligenti consilio habito, tam praedictum Magnificum Benedictum Procuratorem Guarnerii, quam ipsum Guarnerium ad restitutionem praedictae Ecclesiae S. Angeli de Monte Aureo, praedicto Archidiacono pro parte Episcopi, & Ecclesiae Stabiensis faciendam sententialiter duximus condemnandos: ad cujus rei memoriam praesens scriptum inde fieri fecimus per manus Cancellarii ejusdem magnae Imperialis Curiae, & Justitiariatus Notarii nostri subscriptionibus roboratum. Datum Rapollae die, Mense, & indictione praetitulatis: Henricus de Morra Magnae Imperialis Curiae Magister Justitiarius: Ego Simon Magnae Imperialis Curiae Notarius: Ego Roffredus de S. Germano Magnae Imperialis Curiae Magister Justitiarius. In Archivo Civitatis Castrimaris lib. III. *fol.* 97. *ubi hoc Diploma authenticum servatur, adnotatur ad calcem, quod in Autographo haec erat notula superius adposita: Sententia haec data per Magistrum Justitiarium, & Curiae Imperatoris Federici de S. Angelo de Monte Aureo, quatenus pertineat ad Episcopum, & Ecclesiam Stabiensem. Et de ista sententia est Bulla Papalis SS. PP. Clementis IV. Adsunt etiam ibi signa, seu sigilla, sive characteres proprii Notarii, & Justitiarii praefatorum.*

Multa possent objici pro infirmando hoc diplomate Federici Imperatoris; nam juxta Baronium, Pagium, Georgium, aliosque primi subsellii Historicos anno millesimo ducentesimo trigesimo, quo praefatum Diploma confectum asseritur, recurrebat indictio III. non IV. (nisi sequi velimus computum Constantinopolitanum Indictionum, vel Constantinianum, & Caesareum, qui initia indictionum a mense Septembri sumebant (a); praeterea annus 1230. erat octavus Regni Hierusalem Federici, ex quo sibi cessa fuerant jura ejusdem Regni a Rege Johanne Brenna ob Violantam, seu Jolem suam Filiam eidem Federico nuptui datam, adnitente maxime Honorio Papa III., quod accidit anno 1222., uti testantur Abbas Ricardus a S. Germano, & Uspergensis, atque idem Honorius P. M. in Epistola data ad Regem Galliae; quamvis Augustinus Inveges Auctor non spernendus observaverit, eum praecla-

(a) *Ducanc. verb. Indict.*

clarum titulum Regni Hierusalem, nonnisi anno 1225. assumpsisse, & usurpare coepisse Federicum post nimirum connubium cum eadem Jole sociatum. Rursus concordi Scriptorum calculo Caesaris nempe Baronii, Bzovii, & Abbatis Uspergensis Federicus Imperator renunciatus fuit anno 1213. Aquisgrani; quapropter annus X., quo praefatum Diploma exaratum adseritur Federici Imperatoris praefigi debuerat decimus septimus; nisi mavis numerare annos ab eo temporis puncto, quo Federicus Imperii auream coronam accepit ab Honorio III. anno 1220. Ad haec annus Regni Siciliae, qui in diplomate assignatur decimus tertius, nimium quantum a vero distat; siquidem Federicus in cunabulis investituram Regni Siciliae adeptus est anno 1197. ab Innocentio III. ejusque nomine coronatus a Cardinali Ostiensi, adhuc in vivis degente Constantia Matre e Nortmannorum genere; itaque non jam decimus tertius, ut in dicto diplomate describitur, sed trigesimus tertius esset computandus; quo circa inter Apocrypha omnino idem Diploma reponendum videtur. Sed haec obiter; quandoquidem longum quaestionis funem trahere ea in re nobis animus non est; nostri namque Decessores Archiepiscopi Barbatus, & Ursus Stabianae Ecclesiae Montem Aureum donaverunt, plenaque manu liberaliter largiti sunt, & si opus esset, nos nunc nostrum quoque eidem donationi calculum adderemus; quod si authenticum esset Diploma, nihil aliud profecto praestitit, quam vim, roburque, ac confirmationem dictae Concessioni adjecit, & ab aliena usurpatione vindicavit, proindeque Milante in III. Dissertatione tanto molimine exornanda oleum, & operam perdidit, & aquam, ut ajunt, a pumice petiit. Quae vero de Episcopis Stabianis, eorumque rebus gestis compendio tradit, etsi aliqua nonnulla irrepsisse sphalmata in illis sciamus, ultro praetermittimus; cum non sit suscepti nostri instituti; & ad Epocham S.Catelli inquirendam properanter accedimus.

Utque in limine parumper subsistamus, advertendum est Episcopum nostrum, qui tantum amplificandae Ecclesiae suae Stabianae studere videtur, illam extenuare, & imminuere, magnoque suo ornamento denudare non vereri Sanctum Catellum ejus Episcopum nono floruisse seculo constanter asseverando contra Antiochenum Pattiarcham, qui ineunte septimo seculo illum inter mortales egisse affirmat. Hac enim ratione satius Stabianae Ecclesiae splendori fuisset consultum, nihilque antiquius ad ejus vetustatis gloriam augendam accedere potuisset. Sed praestat

ea

ea de re Milante verba fusissime facientem in suo libro perlegere (a); in quo ut S.Catelli Epocha a Patriarcha Antiocheno staturninata e medio tolleretur, nec a Patriarcha Antiocheno tantum asserta; verum a doctissimo Cardinali Baronio, Julio Caesare Capacio, Antonio a Porta, Davide Romeo, Paulo Regio Vicano Episcopo, Johanne Antonio Summonte, Philippo Ferrerio, Laccheo, Bailet, aliisque, contra obnixe, & acerrime stat Milante cum Antonio Caracciolo, Bollando, & paucis nonnullis S.Antoninum cum suo Assecla Catello seculo IX. vixisse sentientibus; & nequaquam Zothonis Beneventani Ducis tempestate, sed Siconis persecutione e Casino Monte exturbatum evasisse; proindeque Antiocheni Patriarchae adsertioni, quam operae pretium hic referre existimamus, multas obtendit difficultates (b): *Ad novam suam Hypothesim adserendam, solideque firmandam in medium profert Caracciolus incisa in marmore verba.*

In hoc tumulo &c.

Heraclj annus est Aerae Christianae 612. *quare anno* 606. *quo constituimus coelestem illam, solitariamque consuetudinem S. Antonini cum S. Catello, non hic, sed Laurentius Stabiensem Ecclesiam regebat. Ex hoc igitur inscripto lapide magnum Caraccioli sententiae, & post eum Bollandi pondus accedere videtur. Nos vero nihil ex eo movemur, pro quo enucleando plura dicemus in Commentariis ad lectiones S. Catelli.*

Interim suspectae fidei, immo commentitium eum prorsus habemus. Quantum enim potuimus diligenti inquisitione, atque ex aliis etiam sciscitantes assequi, non solum nullibi Aequis servatur, verum ne ulla quidem apud illius Civitatis eruditiores ejus extat memoria. Et licet a nonnullis Scriptoribus referatur, ut Capacio, Caracciolo, Ughello, Bollando: tamen non adeo operosum est expiscari, ejusmodi lapidis inscriptionem Capacium primum invexisse, ex Capacio deinde illam hausisse Caracciolum, atque ex his Ughellum, ac Bollandum fuisse mutuatos; hi omnes eodem prorsus modo, quo illius mentionem interserit suae Neapolitanae Historiae Capacius, in suis Commentariis eam transcribunt.

Capacius vero meminit nudis, jejunisque his verbis, ut ex Inscriptione, quae servatur Aequis; nullum peculiarem locum indicans,

(a) *Pius Thom. Milant. Episc. Stabian. Civil. Antiquit. Lucubrat. Surrentin. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 4. *pag.* 159. *dissert.* 4. *pag.* 132. *usque adpag.* 159.

(b) *Patriarch. Antiochen. in Eccles.*

dicans, quo reperiatur contra consuetudinem suam, qua solitus est, inscriptiones, atque Epitaphia omnia in privatorum etiam domibus insculpta, vel adnotata non modo luculentius afferre, sed etiam addita plerumque interpretatione, & peculiari, distinctoque loco, ubi inveniuntur, eorundem explanationem, significationemque exhibere. Ex quo planum est, Capacium inscriptionem hanc neque tanti fecisse, neque voluisse consueta, accurataque sua diligentia, & auctoritate comprobare. Idque satis evidenter idem Scriptor nostro judicio patefacit, qui eadem prorsus pagina, qua Epitaphium illud transcribit, adserit S. Catellum Stabiensi Ecclesiae praefuisse eadem tempestate, qua praedictum Epitaphium innuit, V. B. Laurentium illam Sedem tenuisse. Quis heic potius Capacium errasse, ac turpiter hallucinatum criminetur, quam arguat nullius apud illum eam Inscriptionem momenti fuisse, nulliusque pensi, atque auctoritatis? His omnibus accedit, quod Paulus Regius vir id temporis eruditione satis praestans testante Baronio eum honoris caussa nominante, & Aequensis, paulo antequam Capacius scriberet, Episcopus, qui S. Antonini, aliorumque Sanctorum vitas persecutus est, nullibi hujusce inscripti lapidis meminerit, & si cetera in primis Ecclesiae suae Aequensis monimenta accurate fuerit perscrutatus, quae vero alia heic afferre possemus, ut Caraccoli sententiam fide, auctoritateque hujusce inscriptionis praecipue innixam infirmaremus, missa nunc faciamus, ea dicturi ubi de S. Catello agemus.

Prima difficultas ea est, quod Zothonis tempestate nusquam inter Abbates Cassinenses cooptatus Antoninus reperiatur, sed Vitalis, & Bonitus tantummodo; igitur non ad Zothonis, sed ad alia est tempora S. Antonini aetas reportanda; sed pace tanti viri dixerim, dum haec scriberet, somniabat; quis enim unquam praeter David Romeum ex oscitantia S. Antoninum Cassinatem fecit Abbatem? Cum nec Monachum quidem Cassinatis Monasterii, sed alterius a Casinate dependentis existiment nonnulli: volvere proinde, ac revolvere Commentarios, & Annales amplissimi Benedictini Ordinis ad hanc usque horam potuisset Milante, nec unquam Antoninus Abbas ei occurrisset; verum si vel Ordinem Benedictinum Sanctorum totius anni confectum a Religiosa Virgine Jacoba Bovetta Blemuria anno 1725. legisset, statim offendisset (a): *Il nostro Santo* (cioè Antonino) *vestì l' abito di S. Benedetto in un Monastero dipendente da Monte Casino, d' onde uscito al tem-*

(a) *Jacobetta Boetta de Blemur Ord. Benedict. SS. tom. 1. lib. 1. a 14. Febrar.*

tempo della persecuzione de' Longobardi, si ricoverò appresso di S.Catello Vescovo di Stabia suo Congionto. Et post pauca: *Li Teatini possedono oggi le sue Sante Reliquie, ed un P. della loro Congregazione ha dato in luce la dilui vita, ed innanzi a lui un Autore Anonimo Sorrentino. Il Padre Jepez, e gl' Autori, che l'anno seguito, hanno errato facendolo Monaco di Monte Casino; vestì l' abito in una Casa bensì da quello dipendente.* Antonius Caracciolus (a) autumat aufugisse ab incerto quodam Monasterio Benedictinorum; at vero Campaniae veteris Scriptores, inter quos Nicolaus de Nigris constanter affirmat egressum ex Abbatia Sanctae Mariae Novae, quae ibi existit supposita Asceterio Cassinensi: *Di maniera che bisogna confessare, che il Monasterio, da d'onde si partì, fusse stato nel suo proprio Paese, dove era la sua Casa, siccome dell' uno, e dell' altro veggiamo oggi le memorie, già che la lezzione prima della Chiesa Sorrentina apertamente lo dice: De terra sua, de cognatione sua, & de domo Patris sui egressus tempore, quo immanis Langobardorum feritas &c.* (b). Baronius, Paulus Regius, David Romeus, Antonius a Porta, Laccheus, aliique innumeri e Casino monte fugatum volunt.

Fuisse profecto Surrenti in Monasterio Benedictinorum S.Agrippini Antoninum Abbatem renunciatum post mortem Bonifacii, memoriae proditum est, & tabulae Surrentinae testantur; non vero Cassinensibus Monachis praefuisse.Fingit igitur hostem,quem feriat Milante, cum Sanctum Antoninum inter Cassinenses Abbates collocat,ut Patriarchae Antiocheni Epocham bene firmatam everteret,atque pessumdaret. Quod autem ex silentio Scriptorum Benedictinorum petitur argumentum,valde leve est, ac frivolum, quemadmodum fecit Antonius Caracciolus inquiens(c): *Anno 818.B.Antoninus ex incerto quodam Campaniae Monasterio Benedictini instituti, & Cassinensi Abbati,utputo, subjecto profugit Stabias;ex incerto,inquam, monasterio, quia nullus veterum Scriptorum quodnam fuerit, declarat.* Hinc miramur tanti hoc Caraccioli argumentum reputasse PP.Benedictinos, ut Johannes Mabillonius (d), Monfauconius, & Abbas Gattula Sanctum Antoninum ob id inter Benedictinos Cassinates numerare etiam addubitent, & ab Asce-

(a) *Anton. Caracciol. in not. ad Vit. S. Antonin. Anonym.*

(b) *Nicol. de Nigris in Histor. Campan. antiq.& nov.pag.179.*

(c) *Idem Caracciol. pag. 51.*

(d) *Johann. Mabillon. part. 1. pag.* 417.

terio Cassinensi prorsus arceant, abigantque. Silentium enim illius temporis Scriptorum parum refert, nec tanti habendum, ut rem testatissimam, & per manus traditam apud Surrentinos de S. Antonino Cassinensi Monacho, deque ejus huc adventu e Cassino monte a Langobardis devastato in dubium venire possit; ait enim Abbas Gattula (a): *At vero hi omnes cum concludant S. Antoninum circa haec tempora floruisse; aegre illis persuadeas, ut unus ex iis monachis fuerit, qui ab excidio Cassinensi a Langobardis patrato evaserit*. Nam cum omnia in Historiae Cassinensis Commentarios retulerint Leo Marsicanus Ostiensis Episcopus, & Cardinalis, Petrus Diaconus, Anonymus Cassinensis, Ricardus a S.Germano, & innumeri recentiores eruditi historici: *Hi tamen* (ut advertit idem diligentissimus Scriptor Gattula) *ne ipso quidem Leone dempto plura omiserunt, aut saltem brevissime delibarunt, praesertim ex Sanctorum, & piorum Monachorum actis, vel authographa non consuluerunt, pluraque ab iis omissa egregie apud Cassinates gesta, & mirabilia. Altum apud eos silentium de ritibus, ac ceremoniis, & disciplina monastica, si Leonem, & Petrum Diaconum excipiamus, licet & hi per transennam de rebus istiusmodi pertractaverint: ne nomen quidem apud eos legas plurimorum Cardinalium, Archiepiscoporum, Episcoporum, Abbatum. Quaedam aut nimium presse descripta, aut omnino omissa* (b). Idem accidit S. Antonino, qui in primis ferme Benedictinis seculis vasto quodam sinu vetustatis versatus, & in alto gurgite obscuritatis obrutus eo vel maxime sit, quod longissimi temporis spatio a Cassinatibus Monachis abfuerit, ac famae celebritatem, & miraculorum gloriam hic procul ab illis sibi comparaverit.

C A P U T II.

Respondetur alteri objectioni Stabiani Episcopi adversus Epocham S. Catelli a Patriarcha Antiocheno stabilitam.

Secunda, & quidem validior objectio, qua in nostram sententiam irruit Milante, in eo sita est, nimirum Cassinenses Monachos Zothonis furorem declinantes e Cassino monte praecipiti fugae se dedisse, & Romam usque palantes, errantesque a Pela-

(a) *Eram.f. Gattul. pag.68.* (b) *Idem in Praefat. ejusdem operis.*

Pelagio II. R. P. humanissime exceptos sese recepisse; quemadmodum Leo Ostiensis (a) & post illum Baronius scriptum reliquerunt; Quam fortunae acerbitatem jam praesenserat S. Benedictus, uti certo certius affirmat S. Gregorius M. (b) & Paulus Diaconus (c). Qui igitur fieri potuit (reponit Milante) ut in tanto animorum tentamine, ac turbamento, tantaque calamitate, & rerum omnium confusione unus Antoninus a ceteris divulsus fugam capessens Surrenti sibi salutem, & perfugium paraverit? Verum enim vero liquide constat non omnes sane Cassinenses Monachos, ut advertit adcuratissimus Abbas de Nuce in notis ad Leonem Ostiensem e Zothonis furiis ereptos, ac profugos Romam versus iter arripuisse, sed alios alio, qua data porta, per noctis tenebras, & armorum terriculamenta ruisse, quod & ipsemet Antonius Caracciolus non abnuit, etsi nostrae sententiae adversarius non Zothonis, sed Siconis tempestate anno nempe 818. id evenisse contendat.

Hac tamen in re maximopere, ac luculento errore cum suo pedissequo Milante fallitur Caracciolus (d) (cujus caeco vestigia gressu sequitur Abbas Erasmus Gattula) (e) qui obsidionem, direptionemque Cassinatis monasterii Siconi attribuit, quem tamen pium aloquin Principem, & a tanta immanitate abhorrentem nobis ante oculos ponunt Scriptores, praecipue Marius de Vipera (f): nam Aram Beatae Virginis Mariae Angelorum Reginae in Basilica Beneventana erexit, sive in augustiorem formam redegit, & corpus S. Januarii a Neapolitanis diutino bello vexatis, ut pacem daret, obtinuit, magnaque cum animi voluptate triumphi instar Beneventum deportavit; praeterea praefatum Siconem Cassinatibus Monachis impense studuisse tradit Ostiensis (g), quibus multa dona profudit, & ab obsidione Neapolitanae urbis prompte abstinuit, ut Eugenio II. Pon. Max. morem gereret, ejusque pareret auctoritati; tanto erat in Romanam Sedem, & Catholicam Religionem detentus obsequio, & ad omnia pietatis officia comparatus; quin Anonymus Salernitanus de eodem Sicone sic lo-

(a) *Leo Ostiens. lib.1. cap.2.*

(b) *S. Gregor. Magn. Dialogor. lib. 2. cap. 17.*

(c) *Paul. Diacon. lib.4. de gest. Langobardorum cap.18.*

(d) *Anton. Caracciol. Clericor. Regular. in Notationibus Anonymi Auctoris vitae S. Antonini Neapoli Typ. Scorigianis 1626.*

(e) *Erasm. Gattula in Histor. Abbatiae Cassinens. Venet. 1733. apud Sebastianum Coleti pag.68.*

(f) *Marius de Viper. in Chron. Episcop. & Archiepiscop. Benevent. Eccles. pag.50; edit. Anno 1636.*

(g) *Leo Ostiens. cap.22.*

loquitur (a): *Ipse saepe dictus Sico Princeps omnibus hominibus benignissimus, ac mansuetus nimium se commendabat, atque plura dona eis condonabat*. Zothonem vero crudelem, & in Sacra aeque, ac Prophana furentem, perniciemque toti Italiae molientem immanissimi latronis more bacchantem, agros depopulantem, Oppida diripientem, caede denique, ac sanguine cuncta complentem exhibent, ac describunt illius temporis Historiographi; Acerras identidem, Sarnum, Athellas, Argentium occupasse, invasisse, incendisse, ac devastasse affirmant; qui cum esset ab Authari (b), sive ut aliis placet, ab Alboino Italiae Rege (de quo sic cantavit Ariostus

Corse il suo Stendardo
Da piè de' monti al Mamertino lido)

Designatus primus Beneventi dux anno 589. uti Carolus Sigonius, Wolfangus Latius (c), Varnefridus (d), Leo Ostiensis (e) testantur, Cassinum Monasterium inhians divitiis vallo, & operibus cinxit, rapacique manu est depraedatus, sicut etiam S.Gregorius M. coaevus ferme Auctor testatur (f), & Abbas de Nuce (g), atque habetur apud Anonymum Scriptorem Surrentinum: *Tempore, quo immanis Langobardorum feritas, & ferina Wilinorum immanitas omnia fere Campaniae Oppida igne succenderet, ferroque devastaret, Parthenopes ingressus est agros Antoninus*: quae nonnisi in unum immanissimum tyrannum Zothonem refundi possunt, qui uti erat a Catholica Religione alienus, Ecclesias, & sacra omnia impotenti rabie invadebat, sicuti Gregorius Turonensis (h) de Langobardorum in Italiam irruptione ait: *Quam Regionem ingressi maxime per septem annos pervagantes spoliatis Ecclesiis, Sacerdotibus interfectis in suam redigunt potestatem*. Et Paulus Diaconus (i): *Per hos Langobardorum Duces septimo anno ab adventu Albuvin, & totius gentis spoliatis Ecclesiis, Sacerdotibus interfectis, Civitatibus subrutis, Populisque, qui more segetum excreverant, extinctis*

(a) *Anonym. Salernit. in Chronic. cap.* 43. *apud Murat. rer. Italic. tom.*2. *part.*2.

(b) *Hunc Antharit nominatum volunt, & anno* 585. *primum Regem fuisse a Langobardis proclamatum asserit Baronius. Pagius vero ad annum sequentem cum Sigeberto, ac Hermanno Contracto refert, qui mortuus est anno* 590.

(c) *Wolfang. Latius lib.* 12. *demigrat. gentium.*

(d) *Varnefrid. lib.* 16. *cap.*7.

(e) *Leo Ostiens Chronic. lib.*1. *cap.*48.

(f) *S.Gregor.M. lib.*2. *Dialogor. cap.*17.

(g) *Abbas de Nuce Chron. Cassinens. lib.* 1. *cap.*2. *in Excurs. Chronolog.*

(h) *Gregor. Turonens. lib.*4. *num.*41. *Edit. Paris. ann.*1699.

(i) *Paul. Diacon. lib.*2. *cap.*32.

ſtinctis exceptis regionibus, quas Albuvin ceperat Italia ex maxima parte capta, & a Langobardis ſubjugata eſt. Cum Sico, uti diximus, rerum potitus, & cum primis Catholicus arma certe in Neapolitanos dumtaxat verterit, eoſque ſaepe laceſſitos juſto bello urgere, ac pertentare conatus ſit, praecipue Bonum Neapolitanorum Ducem invadendo; nuſquam tamen clades patraſſe, aut incendia, excidiaque Campaniae intuliſſe, ſed bono animo, & ad beneficentiam facto, ac religionis, & pietatis ſenſibus exculto depingunt, ac delineant Auctores; quare nullo modo convenire ei poſſunt verba noſtri Anonymi Biographi: *Tempore, quo immanis Langobardorum feritas, & ferina Wilinorum immanitas &c.*; niſi ejus Filio Sicardo, qui S. Abbatem Caſſinatem Deusdedit carceri mancipavit, ut pecunias ab eo corroderet (a) non tamen monachos ad capeſſendam fugam compulit, ut de Zothone legimus tanto timore correptos, ac perculſos, ut nonniſi eorum poſteri in Monaſterium Caſſinenſe redierint poſt centum quatraginta, quot a Bonito ad Petronacem praeterlapſi ſunt anni. Quod maxime confirmatur ex eo, quod quinto, & ſexto ſeculo, quo primum Italiam armato milite irruperunt Gothi, ſeu Langobardi, adeo efferati erant populi, atque in tantum ſaevitiae proceſſerant, ut humanas etiam carnes vorare, perinde ac anthropophagi crediti ſint, ut S. Hieronymus de illis loquitur (b): *Cum ipſe adoleſcentulus viderim in Gallia Gothos humanis veſci carnibus, & cum per ſylvas porcorum greges, & armentorum, pecudumque reperiant, Paſtorum nates, & feminarum papillas abſcindere, & has ſolas ciborum delicias arbitrari.* Et quamvis Petrus Crinitus, Coelius Rhodiginus, Johannes Aubanus Boemus, multique alii Angli Scriptores hoc de Scotis, non vero Gothis intellexerint; nam ſubdit ibi Hieronymus *Gothos gentem Britannicam*; attamen Thomas Dempſterus Gothos certe, non Scotos eſſe legendos exiſtimavit, rejecitque verba haec *gentem Britannicam*, tamquam imperiti cujuſdam Gloſſema, quod in nullo vetuſtiori Codice reperiatur. Et ſane Gothos, ſeu infideles, ſeu Ariana peſte infectos eo aevo cum Hunnis, aliiſque Barbaris in Gallias effuſos jura Divina, humanaque confuſiſſe, multis oſtendit Chri-

(a) *Vide Martyrolog. Roman. die* 9. *Octob. Erchempert. num.*13. *Leon.Oſtienſ. lib.*1. *cap.* 22. *Petrum Diacon. de ort. & vit. Juſt.Caſſinenſ. cap.* 26. *Mabillon.pag.* 464. *Trithemium de Vir. Illuſtr. Ordin. S.Benedicti lib.*3. *cap.*274. *&c.*

(b) *S.Hieronym.lib. de Polit.* 2.

Christophorus Brunerus ad lib. 3. Venantii Fortunati, & Prosper Aquitanicus illis versibus:

Heu caede decenni
Vandalicis gladiis sternimur, & Gethicis.

E contra Scoti ducentis, ac pene trecentis ante Hieronymum annis Christianam receperant Religionem; quare caret omni probabilitate viros verae pietatis studium ferventissime amplexos in tam horrendum humanas carnes vorandi scelus incurrisse; quid quod Scoti ea tempestate in Galliis non versabantur, & etiam si fuissent, quis tamen sanus crediderit Gallos tam dirum nefas impune committi, & ab alienigena populo patrari permisisse, cum nullus alius ex tota antiquitatis memoria illius Barbariei meminerit (*a*). Hanc tamen ferociam, crudelitatemque jam pridem deposuerant Gothi, seu Langobardi, cum Catholicae Religionis praeceptis imbuti, & sub Italico Coelo per plura secula mansuescere condocefacti humanitatem, & mites animos induerint, jam ante nimirum tempora Siconis, & Sicardi, aliorumque priorum Gothorum Principum. Juremerito igitur Antiochenus Patriarcha concludit sexto, vel septimo ineunte seculo S.Antoninum, quod idem est ac S.Catellum Collegam ejus floruisse; & nos magno stupore afficimur Antonium Caracciolum, qui reliquos in hac sententia ceteroqui doctos viros praeivit, eisque facem praetulit, clarissimis hisce rationibus minime animum adjecisse, & quod magis est illam Taciti a se relati parvi pendisse sententiam (*b*): *Ut conquirere fabulosa, & fictis oblectare legentium animos, procul gravitate caepti operis crediderim, ita vulgatis, traditisque demere fidem non ausim.*

Praeterea si nono seculo e vivis excessissent S.Antoninus, ac Catellus, nihil sibi constaret Marius de Vipera oculatissimus scriptor (*c*), qui anno 834. magnificum ei Templum Surrenti fuisse excitatum asseverat, quatriennio nempe post ejus obitum (illum enim mortalitatem exuisse circa annum 830. volunt Caracciolus, & Milante), quod quantum a vero distet in propatulo est. Ut enim quisquam Sanctorum Cathalogo adcenseri posset, & sacris describi diphthicis, multa praecedere opus erat, miraculorum celebritatem, vitae, & virtutum diligentissimum examen coram proprio Episcopo habitum, nonnumquam etiam in Dioecesano, seu Provinciali, aut etiam Generali quandoque Concilio negotium confi-

(a) *Vide Gabriel. Naud. Sintag. de Stud. Milit. lib. 2. pag. 604. Edit. Rom. ann. 1637.*
(b) *Tacit. Histor. lib. 2.*
(c) *Marius de Vip. in Chronic. Episcopor. Beneventan. pag. 51.*

confici, quae tam brevi temporis ſpatio fieri non potuiſſe nemo non videt: rurſus Pater Franciſcus Conſaga Miniſter Generalis Ornis S.Franciſci noſtrae ſententiae mirifice adſtipulatur circa aetatem S.Antonini ſeptimo nempe ſeculo. *Cum Beatus Pater Antoninus dicendum fuiſſet Ordinis S. Benedicti Alumnus, & Monachorum ejuſdem inſtituti aliquando Abbas quoddam ſpecu prope maritimum litus, ac longiuſculum a Surrento Campaniae Oppido poenitentiae agendae gratia ſibi in habitationem delegiſſet, contiguam vineam ſimul, atque Sacellum S.Martino Sacrum tum recreationis, tum quoque celebrationis cauſa anno Domini 600. plantari, aedificarique ſtuduit. Quo tamen vita functo Surrentinus Senatus ne hujuſmodi opus vel profanaretur, vel ob ordine alienaretur pulcherrimum Benedictinarum Monialium Monaſterium in praefatae vineae meditullio ex communi aerario conſtruendum ipſius ſacellum in commodam Patris Confeſſarii earum habitationem promovendam curavit. Cumque is locus quod Oppidi vallo excluſus eſſet, maximis periculis praecipue vero Turcarum incurſionibus pateret, praefatae Moniales ad alium ſibi intra maenia ex praefati Senatus mandato paratum translatae ſunt, ipſaeque Fratribus Franciſcanis antequam Obſervantes a Conventualibus ſejungerentur, collatus extitit. Facta enim hujuſmodi diviſione penes Conventuales remanſit, quibus denique ad Surrentinorum inſtantiam alio ſecedentibus Obſervantibus traditus eſt. Hujus loci accola aliquando fuit Beatus Jacobus Picenus; hicque aliqua miracula edidit. Cujus Fratres, qui ut plurimum ſunt decem, Regiis ciſternis ex facultate a Ferdinando ſeniore Aragonio Neapolitanorum Rege facta anno 1469. Paulo Secundo S. P. Friderico tertio imperante liberrime poſſunt uti.* Et Johannes Antonius Summontius (a), haec de S.Antonino noſtro habet: *Ne' medeſimi tempi fu il tranſito di tre devotiſſimi Santi, cioè Attanagio Veſcovo di Sorrento, Antonino Abbate Monaco Caſineſe Protettore della medeſima Città, e di Catello Veſcovo di Caſtel l'amare di Stabia, del quale appieno diſcorre Monſignor Paolo Regio ſeguito da David Romeo: di Attanagio non ſi legge altro, che morì vecchio ne i 26. di Gennaro, intorno il 620. di Antonino ſi legge, che nacque in Campagna appreſſo il Fiume Sele, per innanzi humile, e picciola terra, e ora Città Veſcovile per conceſſione di Papa Paolo III. Fu egli tanto innamorato di Criſto, che per ſervirlo commodamente preſe l'abito di S.Benedetto nel Monaſtero di Monte Caſino, ove avanzò molto di ſpirito, e ſantità di vita; venuto poi*

in

(a) *Johann. Anton. Summont. in Hiſtor. Neap. ann. 1675. lib. 1. pag. 395.*

in età fu fatto Presidente del Monastero, in processo di tempo Zotone Duca di Benevento detto di sopra avendo rovinato il detto Monastero, Leopoldo Signore di più Castella discendente dal fratello di S.Benedetto con i Monaci scampando la vita, fuggirono in diversi luoghi, fra i quali fu Antonino, che venne a Castellamare, ove fu dal Vescovo Catello ricevuto, della cui santità molto si compiacque, e non volendo Antonino habitare nella Città si ritirò ne' monti fra quella Diocesi, e Sorrento, ove seguito dal buon Catello; guidati da Michele Arcangelo edificaro a suo onore una Chiesa in quel monte per una visione avuta, qual Chiesa sino a nostri tempi si vede, nominandosi S.Angelo, ove questi uomini santi se ne stavano in continua penitenza, fra tanto i Stabiani accusarono il lor Vescovo avante il Papa (all'ora Bonifatio III.) per aver lasciato il suo popolo, perilche fu menato prigione in Roma; poi per visione di Antonino liberato ritornò alla sua Chiesa, ne tralasciò mai la conversazione del B.Antonino, finalmente gionto all'età senile, pieno di sante operazioni, passò a miglior vita ne' 19. di Gennaro intorno il 615. e sepolto nella sua Chiesa, benche quei Cittadini dicano non averne certezza della sua sepoltura. Fu questa Città chiamata Castellamare di Stabia (a differenza di Castellamare del Volturno, come scrive Leandro Alberti) la quale fu edificata appresso le rovine di Stabia antica Città rovinata da Silla ne' 30. d'Aprile, essendo Consoli Romani Gneo Pompeo, e Lucio Carbone, (come scrive Plinio nel 3. libro al cap.5.) il quale fattosi Monarcha de' Romani, (come il medesimo Autore seguito dal Pontano nel lib. della guerra di Napoli) passò a la rovina di Stabia, la quale a guisa di Villa rimase; gl'abitatori della quale ricoveratisi in quei contorni, poi per esservi rimasto un porto fabricato a mano, vi furono erte molte capanne, ove concorrendovi moltitudine di genti del contorno andandovi, come un mercato, onde fabricandovi una Rocca nel più alto, prese forma, e nome di Castello, i Cittadini del quale iuvocando il S.Vescovo Catello sovente l'an conosciuto propizio ne i loro bisogni, onde ora si vede, che come loro Santo Protettore lo riveriscono, celebrando con grande onore la sua Festa nel giorno predetto. Antonino dopo pregato da i Cittadini di Sorrento andò ad abitar con essi, onde pregò il Vescovo, che nel numero de' Benedettini lo restituisse essendone stato di fuori molti anni, & contentatosi fu uel Monastero della Città ammesso, il cui Abbate era il Venerabile Bonifatio, il quale essendo poco appresso passato a miglior vita, fu da Monaci eletto Abbate il B.Antonino: e benche se ne riputasse indegno, al fine pregato

da

da monaci ne prese la cura, portandosi talmente, che diede grandissimo stupore della sua santità, finalmente colmo di opere sante, e di miracoli a 14. *di Febraro del* 625. *passò a miglior vita.*

Huic etiam opinioni non leve pondus addunt Surrentinorum inconcussa, & per manus accepta traditio, & Archiepiscopalis Aulae inscriptiones, quae S.Antonini adventum ad annum 619. reportant, ista enim ibi leguntur: *Philippus Hispanus Terraconensis Archiepiscopus Surrentinus anno* 619. *Hoc tempore S.Antoninus Surrentum advenit.* Et rursus: *Jacobus Cotiz Bononiensis Archiepiscopus Surrentinus anno* 628., *quo Praesule Sanctus Antoninus obdormivit in Domino.* In vita autem MS. vetustissima S.Antonini, quae in manu omnium versatur, haec habentur (a): *In questo tempo governando la Chiesa Pelagio II. seguì la guerra de' Goti, quali avendo prima occupato Benevento fecero molte scorrerie nelle terre del Regno di Napoli, anche per vendetta del loro Re nominato Clephis, assediarono, e saccheggiarono Montecasino, onde quell' Abbate nominato Bonito con molti Padri piangendo le communi rovine, dispersi in varie parti, toccò anche al B.Antonino prender la fuga.* Et capite 8. *Finalmente ad ora di compieta prese l'estrema unzione, si pose a leggere i Salmi fino alla mezza notte, quando da Monaci finito il matutino due ora avanti giorno rapito da suavissima contemplazione, mandò a volo l'anima nelle mani del suo Signore, tanto piacevolmente, che non già defonto, ma spirante parea fra lumi della gloria a* 14. *Marzo nell'anno del Signore* 625. *nel Pontificato di Onorio, regnandovi Eraclio, ed essendo Console Probiano* (b).

Et quoniam a Milante majores impressiones, conatusque in Chronologiam Zothonis primi Ducis Beneventani e Langobardis fiunt, operae pretium reputamus in vestiganda illius Ducatus initia paulo diligentius inquirere. Carolus Sigonius (c), & Wolfangus Latius (d) ducti auctoritate Pauli Warnefridi (e), suspicati sunt anno 589. Zothonis Ducatum principium habuisse, qui viginti annorum spatio perduravit. Leo vero Ostiensis (f) in aliam abiit sententiam, cui adhaerere videntur Scipio Ammiratus, & P.Antonius Caracciolus (g), auspiciaque ejus figunt ad annum 571., sive ut

(a) *In vit. MS. S.Antonini Anonym. cap.*2.

(b) *Baron. ann.*625. *reponit Bonifacium V. P., sed revera Honorius P. M. regnabat. Vide Pagium, & Georgium in notis ad Baronium ad hunc annum* 625., *&* 626.

(c) *Carolus Sigon. de reb. Ital. lib.*1.*p.*31.

(d) *Wolfang. Lat. lib.* 12. *de Migrat. gent.*

(e) *Paul. Warnefrid. lib.*3. *cap.*16.

(f) *Leo Ostiens. Chronic. lib.*1. *cap.* 48.

(g) *P. Anton. Caracciol. in Propil. ad* 4. *Chronic.*

ut vult Ammiratus,ad an.573.Alii vero ad an.568.deducunt;quando nempe Alboinus Langobardorum Rex Italiae,sive Authar s justo exercitu comparato e Venetis movens Beneventum usque progressus est, ubi Zothonem Ducem constituisse refertur ex antiquo Catalogo, sive Indiculo Monachi Anonymi Monasterii Sanctae Sophiae Ducum, ac Principum Beneventanorum, qui praeponitur historiae Anonymi Salernitani hoc modo: *Anno ab Incarnatione Domini quincentesimo sexagesimo octavo Principes coeperunt principari, quorum primus vocabatur Zottho*. Leonis vero Ostiensis Editio, quae Neapoli facta fuit, multo diversa est ab ea, quae Venetiis, Parisiis, & ab Abbate de Nuce ex originali existenti in Archivo Casinensi desumpta typis est evulgata; nam ista ortum Ducatus Beneventani reponit ad annum 561.In tanta vero opinionum varietate mediam tenendam esse viam ducimus ante calcatam a Camillo Peregrino facem praeferente Constantino Porphyrogenito (a), qui assignat Principia ejusdem Ducatus ad ann.561.;quamvis iste Zotho anno 571. confirmationem sui Ducatus obtinuerit ab Authari Rege Italiae, indeque Epocham sui Dominatus exorsus sit; itaque si fidem praestemus Warnefrido, ab anno 585. ejusdem Ducatus coeperunt exordia: si Sigonio anno 589., si vero Peregrino anno 571.; utcumque tamen sese res habeat, Casinatis Monasterii vastatio a Zothone populabundo, & praedonum more grassante ad annum 589., vel ad summum 590., uti Sigonius, Haestenus (b), Angelus de Nuce (c), aliique testantur, statuenda est; quippequae accidit sub Pelagio II. Pont. Max. non multo post è vivis sublato, ut refertur a S.Gregorio Magn. (d), qui suos Dialogos scripsit circa annum 596., moxque Catholicae Ecclesiae adeptus est gubernacula; ex quo convincitur manifesti erroris Warnefridus, qui eam invasionem ad annum 605., & Sigebertus, qui illam assignat anno 596., ut bene advertit Abbas de Nuce (e); quapropter dicendum est anno 590. Casino Monasterio direpto S.Antoninum solitudinis, & asceticae vitae amore illectum multis annis in Monte Gauro, sive Aureo se abdidisse rerum Divinarum contemplationi vacando una cum socio, & contubernali, imo, ut nonnulli existimant, Consanguineo S.Catello, qui Stabianae Ecclesiae

(a) *Camill. Peregrin. dissert. 1. de Ducibus Beneventan.*

(b) *Haesten.in Commentario ad cap.17. Vitae S.Benedict.pag.126.*

(c) *Angel.de Nuce in Excurs. Chronolog. tempore eversionis Mon. Cassin. n.482.*

(d) *S.Gregor.M.lib.2. Dialogor.cap.17. Vide hic PP. S.Mauri, & Mabillon.*

(e) *Abbas de Nuc.Chronic.Casin. cap.2; in excurs. Chronolog.*

siae clavum tenebat, & anno 611. vel 612. sanctissime diem clausit extremum anno secundo Heraclii Imperatoris Indictione XV. si adhibenda est fides praelaudatae inscriptioni, quam tantopere promovet Milante: post cujus e vivis discessum ad preces Surrentinorum relictis Gauri Montis rupibus, Surrentum declinavit anno 619., ibique subrogatus Bonifacio in Agrippinensi Monasterio Abbas, & longe, lateque impressa virtutum vestigia relinquens, multisque editis miraculis beato fine quievit anno 625., sive, ut placet Patriarchae Antiocheno 630.; atque ita omnes offusae a Milante tenebrae, & ambages tam circa Zothonis tempora, quam circa Siconis commentam, & confictam crudelitatem, atque Campaniae vastitatem in fumum abripiuntur, sartaque, tectaque remanent, atque inconcussa Surrentinae Ecclesiae monumenta literis cousignata.

His, aliisque rationum momentis obrutus, quamvis veluti lepus in caveam abdere se debuisset Milante, nihilo tamen minus audacior factus, tamquam e triumpho redux, & signum trophaei extollens; quasi novus Archimedes ἔυρηκα ἔυρηκα exclamans illud denuo argumentum in medium ita proponit (a). *Sed quoniam sat prata biberunt claudere oportet obvios rivos, ac reconditos aperire, quibus nostra arva irrigentur, nimirum postremo operae pretium est adjicere argumentum ad nostri praedecessoris, ac Tutelaris Catelli (concludenter quoque S. Antonini Abbatis) Epocham ex ejusmet actis percipiendam. Argumentum, inquam, quod maxime me devicit, & miror quod ab aliis longe me doctioribus non fuerit hucusque adhibitum, illud ipsum est, quod ex poena, qua S. Catellus fuit Romae afflictus, carcerali nempe custodia detentus, rem omnem manifestat, quia cum haec poena omnino adversa sit Ecclesiasticae Disciplinae sexto labentis, & septimo incipientis, quin immo totius integri septimi seculi, nec non & sequentis octavi, saltem adolescentis, atque ad dimidium usque protracti, luculentissime sequitur praelaudatum S. Antistitem, haud floruisse sexto expirante, & septimo incipiente seculo, quo tempore eum claruisse adversarii remis velisque contendunt. Utque itidem quod adserui de ejus aetate ad nonum usque seculum protracta clarius elucescat, eadem quae in medium promam monumenta probatur.* Ita rem omnem absolvisse, & trabalibus, ut ajunt, clavis confixisse sibi ablanditur.

Equidem te falsi ludit imago, Milante, dum Jamnonis tui vestigia premens, ficulneas aucuparis fallacias, umbrasque inaniter prae-

(a) *Pius Thom. Milant. Ep. Stab. in Dissert. 4. pag. 146.*

praehensas. Ais sexto, vel septimo Ecclesiae seculo tantum depositionis in Monasterio, vel detrusionis, aut etiam in Insulas deportationis poena in Episcopos, & Clericos reos inferebatur, nusquam carcere plectebantur. Verum dic sodes Milante, & eris mihi magnus Apollo; nonne detrusio in Monasterium carcer est, & loco carceralis, ut ais, poenae habendus? Rursus nonne vel ipsa S. Augustini tempestate, quae septimum seculum longe praecesserat, non solum carceris poena, verum etiam flagellationis infligebatur Clericis delinquentibus? Quemadmodum etiam & verberibus, & fustigatione pro delictorum gravitate mulctabantur, sicuti habetur in vita S.Caesarii (a): *Solebat Vir Sanctus id accurate observare, ut nemo ex illis, qui ipsi patebant, si pro culpa sua flagellandi essent, amplius triginta novem ictibus ferirentur; ita tamen, ut si quis in gravi culpa esset deprehensus permitteret, ut per dies paucos vapularet iterum*. Item S. Augustinus (b): *Noli perdere paternam diligentiam, quam in ipsa inquisitione servasti, quando tantorum scelerum confessionem, non extendente equuleo, non sulcantibus ungulis, non urentibus flammis, sed virgarum verberibus eruisti. Qui modus coercitionis a Magistris liberalium artium, & ab ipsis Parentibus, & saepe etiam in judiciis solet ab Episcopis adhiberi. Noli ergo atrocius vindicare, quod lenius invenisti.* In Concilio quoque Agathensi verberum inflictio indicitur Clericis, vel Monachis vagis, & errantibus sine Episcopi commendatitiis epistolis (c): *Clericis, & Monachis sine commendatitiis Epistolis Episcopi sui licentia non pateat evagandi. In Monachis quoque par sententiae forma servetur, quos si verborum increpatio non emendaverit, etiam verberibus statuimus coerceri*. Synodo vero Turonensi edita anno 567. statuitur (d): *Septem tamen inter Subdiaconos, Lectores, vel Laicos habeat concessos, qui vicissim septimanas suas cum illo facere omnino procurent, & qui distulerit fustigetur*. Sanctus Gregorius P. M. (e) ita in reos animadvertendum jubet: *Quos tamen si emendare se a talibus, atque corrigere nolle repereris, ferventi comprehendere zelo te volumus: & si quidem servi sunt, verberibus, cruciatibusque, quibus ad emendationem pervenire valeant,*

(a) *Surius in Vit.S.Caesarii Arelatent. ad diem 27.August.*

(b) *S. Augustin. Epistol.* 133. *num.* 2. *juxt.Ordin.PP.BB. alias* 159.

(c) *Concil. Agathens. can.*38. *pag.*382. *tom.*10. *Conc. Edit. Paris.Etypograph.Reg.*

(d) *Concil.Turonens.*2.*tom.*12. *Concilior. Edit. ejusdem can.*19.*pag.*600.

(e) *S.Gregor. M. lib.*9. *Epist.* 65. *juxt. nov.Edit.alias lib.* 7. *epist.*67.

leant, castigare: si vero sunt liberi, inclusione digna, districtaque sunt in poenitentiam redigendi. En tibi carceralis poenae irrogatio, & verberum animadversio. Ad haec idem S. Gregorius (a): *Quia ergo tantae nequitiae malum sine digna non debet ultione transire, suprascriptum Fratrem nostrum Pascasium volumus admoneri, ut eundem Hilarium prius Subdiaconatus, quo indignus fungitur, privet officio, atque verberibus publice castigatum, faciat in exilium deportari*. Iterum S. Gregorius (b): *Paulum vero Clericum, qui saepe dicitur in maleficiis deprehensus, qui despecto habitu suo ad Laicam reversus vitam in Africam fugerat, si ita est corporali prius praeveniente vindicta, praevidemus in poenitentiam, ut carnis afflictione spiritus salvus fiat, & terrenas peccatorum sordes, quas pravis contraxisse fertur operibus, lacrymarum possit assiduitate diluere*. Et alio in loco: *Ideo quia tanti facinoris iniquitas districta, atque subtili investigatione quaerenda, atque plectenda est, hac tibi auctoritate praecipimus, ut vigilanti studio, ac diligenti omnino cura perquiras; etsi qua indicia apprehendere hujus rei potueris, eum in custodiam districtam, quousque nobis renuncies, redigas; ut qualiter immanissimum facinus discuti debeat, ac puniri, deliberare possimus*. Demum titulus de Episcopali judicio in Codice Theodosiano nonne evidenrer demonstrat hanc Episcoporum, & Ecclesiae auctoritatem a primis usque temporibus Clericos omnes quoquo modo coercendi derivatam, ubi Constantinus Imperator ait: *Omnes itaque causae, quae vel Praetorio jure, vel Civili tractantur, Episcoporum sententiis terminatae perpetuo stabilitatis jure firmentur: nec liceat ulterius retractari negotium, quod Episcoporum sententia deciderit*. Scimus quae adversus hanc legem opponit Gothofredus, sed satis est illum vel ipsis Haereticorum telis, ne dicam Orthodoxorum omnium jaculis hac in re esse petitum, atque confossum (c).

Hisce tam claris, luculentisque rationibus, & doctrinis occurrere quis de grege Milante fortasse posset, excipiens flagella, verbera &c. deportationes, & quascumque hujusmodi mulctas non esse revera carceres, ac proinde inconcussum stare argumentum

(a) *S. Gregorius M. lib. 11. Epist. 71. alias lib. 9. epist. 66.*

(b) *Idem Epist. 27. lib 4. juxt. nov. Ord.*

(c) *Vide Seldenum in Uxore Hebraea lib. 3. cap. 28. Johann. le Gendre in Opusculo Episcopale judicium adversus calumnias Jacobi Gothofridi acerrime defensum cap 7. & seq. Baronium ad ann. 314. & ann. 425. Morin de la Deliure de la Gradeur, de l' Eglis. par. 2. cap. 26. num. 9.*

tum ab ipso propositum. Age vero inclusio, & custodia districta quid aliud nisi carcer est? Atque ut omnem evadendi aditum illi praecludamus; En tibi Decanicas, quae puri puti carceres fuere Clericis puniendis destinati, uti habetur in Libello Basilii Diaconi, & Archimandritae, aliorumque Monachorum porrecto Theodosio, ac Valentiniano Imperatoribus relato in Concilio Ephesino circa annum 431. (a), & in Novellis Justinianeis (b), ubi Imperator ait: *In Decanicis Ecclesiarum recludatur competenter poenas luiturus*: De quibus profecto Decanicis videndus Caronius a Chosta, & prae omnibus ipsemet Gothofredus, qui conceptis verbis de iisdem ait: *Ergo in Decanicis, quae procul dubio loca conclusa fuere, & immorigeri Clerici adservabantur*. In Commentario vero (c): *Praebuere usum quendam carceris, & custodiae Ecclesiasticae*. Quapropter Milante hic a tuo Binghamo merito vapulares, qui in hunc ferme modum disputat de Decanicis (d): *Jam supra habuimus occasionem ostendendi quod Majores Ecclesiae communiter suam habuerint Decanicam, quae non distincta Aedificia erant, sed vel Chatecumenia, vel Diaconica, vel Secretaria ad Ecclesiam pertinentia, & in hunc finem destinata, ut Clerici delinquentes honestiori quadam custodia inibi tenerentur*. Et eodem §. *observare porro possumus quod iisdem temporibus* (nempe quarto, & quinto seculo) *ubi mos erat delinquentes Monasterio includere corporalis quaedam poena, & carcer Ecclesiasticus, tamquam disciplinae Ecclesiasticae pars ad corrigendos inferiorum ordinum Clericos adhiberi consuevit*. Idem (e): *Haec secretaria, aut certe aliquam eorum partem Dufresnius putat carcerum Ecclesiasticorum, in quibus detenti sint rei Clerici, vicem quoque praestitisse, & tum quidem Decaneta, vel Decanica appellata fuisse, quod* no-

(a) *Concil. Ephesin. cap. 30. in Collection. Concilior. Paris. e typograph. Reg. 1644. tom. 5. pag. 454.*

(b) *Justinian. Novel. 79. cap. 3.* Καθειργέσθωσαν ἐν τοῖς καλουμένοις Δεκανικοῖς ποινὰς τὰς προσηκούσας ὑφέξοντες. *quod ita apud Julian. & Capitular. lib. 5. tit. 225.* effertur, in decanic. Eccles. recludatur competenter poenas luiturus.

(c) *Jacob. Gothofred. Comment. in leg. 30. Codic. Theodos. tit. 5. de Haeret. tom. 6. pag. 150. colon. 2. Lugduni 1665. verb. decanica leg. 30. Imp. Arcad. & Honor. tit. De Haeret. sunt haec.* Cuncti Haeretici procul dubio noverint, omnia sibi loca hujus Urbis adimenda esse, sive sub Ecclesiarum nomine teneantur, sive quae Diaconica appellantur, vel etiam decanica, sive in privatis domibus, vel locis privatis, Fisco nostro adcorporandis.

(d) *Joseph. Binghamus Rector Ecclesiae Haventinae in agro Antoniensi Angliae orig. sive antiquit. Eccles. volum. 8. lib. 17. cap. 4. §. 12.*

(e) *Idem volum. 3. §. 9. pag. 274. de decanic., sive de carceribus Eccles.*

nomen est in utroque Codice, & quibusdam Conciliis, uti Gothofredus Comment. in Cod.Theodos. lib.16.tit.5. de Haeret. leg.30. ubi ait: Decanica .... praebuere usum quendam carceris, & custodiae Ecclesiasticae; & alii quidam id explicant pro carcere Ecclesiastico usurpatum. In Codice Theodosiano lex extat Arcadii lib.16.tit.5. leg. 30. verba legis sunt: Cuncti Haeretici procul dubio noverint, omnia sibi loca hujus Urbis adimenda esse, sive sub Ecclesiarum nomine teneantur, sive quae Diaconica appellantur, vel etiam Decanica; quae Haereticos ex omnibus locis expelli jubet, sive sub Ecclesiarum nomine teneantur, sive quae Diaconica appellentur, vel etiam Decanica. Jam vero Decanica heic locum custodiae, sive carceris Ecclesiastici denotare, Gothofredus ex alia lege inter Novellas Constantini, Justin. Novell.79. c.3. Καθειργέσθωσαν ἐν τοῖς καλυμένοις Δεκανικοῖς ποινὰς τὰς καθηκύσαν ὑφέξοντες. *probat, quae delinquentes in locis, quae Decanica nuncupantur, retrud. jubet poenas competentes passuros. Atque ex his condiscimus quid per Decanicam intelligendum sit, de quibus in Actis Concilii Ephesini libell. Basilii Diaconi ad Theodos. in Concil.Ephes. part.1. c.30. to.3. Concil.p.427. verba sunt: Pars namque a Ministris comprehensa, atque ad Tribunal (potius in carceres Ecclesiae) abstracta, tali immanitate diverberata, exceptaque est in Regia Civitate, qualis ne apud Barbaras quidem nationes quandoque usitata fuit. At ubi in versione est: Et ad Tribunal in Graeco Textu dicitur:* Καὶ ἐν τῷ Δικανικῷ *in Actis Concilii Ephesini sermo est; quod vocabulum iaterpres Latinus ex ignorantia reddidit Tribunal, quum tamen pro carcere Ecclesiae accipi debeat. Nonnulli hoc nonnisi aliud nomen Diaconici, & corrupte quidem ex eo factum existimant. Alii a* δίκη *derivent, atque ita Tribunal inde faciunt: qui utrique perinde falluntur. Non nomen quoddam generalius, quam Diaconicum videtur fuisse, omnia ista Ecclesiae loca includens, quae ad reos Clericos honestiori quadam custodia tenendos, facta erant: cujusmodi non unus dumtaxat locus erat, sed plures, qui in hunc finem adhibebantur; ut Cathecumenia aeque ac Diaconica, sive Secretaria, quo intuitu haec omnia Decanica, sive carceres Ecclesiae nominabantur. Id quod valde evidens esse ex eo videtur, quod Dufresnius ex Epistola quadam S.Gregorii II. ad Leonem Isaurum Imperatorem observavit, ubi si quispiam te offenderit, inquit damnum ejus publicas, & spolias, solam illi vitam relinquens, tandemque illum etiam vel suspendio necas, vel capite truncas, vel relegas, eumque longe a liberis, & ab omnibus cognatis, & amicis suis amandas. Pontifi-*

ces

ces non ita, sed ubi peccarit quis, & confessus fuerit, suspendii, vel amputationis capitis loco Evangelium, & Crucem ejus cervicibus circumponunt, eumque tamquam in carcerem, in Secretaria, Sacrorumque vasorum aeraria conjiciunt, in Ecclesiae Diaconica, & Catechumina ablegant, ac visceribus ejus jejunium, oculisque vigilias, & laudationem ori ejus indicunt. Quae verba, haec loca omnia, occasione ita ferente, in delinquentium Clericorum custodiam, & punitionem adhibita, & hinc speciatim Decanica, carceres Ecclesiasticos appellata fuisse arguunt. Dufresne Comment. in Paul. Silent. pag.594. quum nefas ducerent prisci Ecclesiae Pontifices, reos Clericos una cum reis secularibus eodem carcere detineri, seu quod suam in eos auctoritatem, ac jurisdictionem servare, ac tueri: vel quod vero similius est, cum Clericis suis mitius agere vellent, quam solent Ordinarii Judices, illos in Ecclesiarum secretariis Scevophylaciis, aut Catechumineis detinebant, quousque per poenitentiam iis impositam, quam ἐπιτίμιον *vocant, peractamque sua expiassent delicta, ac crimina. Ita Gregorius II. Papa in epist.2. ad Leonem Isaurum in VII. Synodo. At animadvertendum, ubi in verbis Gregorii latinis legimus: eumque tamquam in carcerem in secretaria &c.* in Graeco textu haberi: Καὶ φυλακίζουσιν αὐτὸν εἰς τὰ κειμηλιαρχεῖα, καὶ εἰ τὰ Διακονικὰ τῆς Ἐκκλησίας ἐξορίζουσιν αὐτὸν, καὶ εἰς τὰ κατηχούμενα, καὶ νηστείαν εἰς τὰ ἔντερα, καὶ εἰς τοὺς Ὀφθαλμοὺς ἀγρυπνίαν, καὶ δοξολογίαν ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ ἐμποιοῦσιν.

In eandem sententiam Renatus Coppinus (a) inquit: *Ultimo flagitiosi Pontificia sententia mulctantur Monastica inclusione ex Concilio Agathensi cap.50. in can. si Episcopus distinctione, quo Agathensium Patrum seculo coenobium lacrymis poenitentium rigabant, laceratataque voluntariis verberibus terga, mox cilicio tergebant. Talem Monasticarum compedum poenam indixit Justinianus adulterae Mulieri Novel.134. & lapsis Sacerdotibus Pontifex Gregorius I. in epist.42. lib.1.*

Habes igitur, & meridiana luce clariores habes carceres, loca nempe conclusa pro Clericis immorigeris, & pro ipsis Episcopis custodiendis, ac puniendis, eaque sexto ab usque seculo, quibus te liberare a Petri Jamnonii potuisses fallaciis, & cavillationibus, Milante; tu tamen tamquam truncus, & stipes in illius laqueos miserrime incidere ultro voluisti. Ita enim ipse magistrali auctoritate Gothofredi sui oblitus definivit. *Così è, che la Chiesa fino a questi tempi non avea acquistata quella giustizia perfetta, che*

(a) *Renat. Coppin. de Sac. Polit. Forens. edit. Paris. ann. 1609. lib.2. tit.3. n.18. p.249.*

che il dritto chiama giurisdizione ſopra i ſuoi Preti, e molto meno ſopra gl'altri del ſecolo; ne all'ora avea territorio, cioè jus terrendi, come dice il Giurisconſulto, ne per conſequenza perfetta giurisdizione, che ineriſce al territorio, ne preciſo coſtringimento, ne i Giudici di eſſo erano Magiſtrati, che poteſſero pronunciare quelle tre parole eſſenziali, Do, Dico, Abdico; per la qual coſa eſſi non potevano di lor autorità fare imprigionare le perſone Eccleſiaſtiche, ſicome oggi il giorno anco ſi oſſerva in Francia, che non poſſono farlo ſenza implorare il braccio ſecolare; e perchè per conſuetudine ſi era primo tolerato, e poi introdotto, che il Giudice Eccleſiaſtico poteſſe far imprigionare coloro, che ſi trovavano nel ſuo Auditorio, toſto Bonifacio VIII. alzò l'ingegno, e cavò fuori una ſua decretale, con cui ſtabilì, che i Veſcovi poteſſero dare per tutto, e dove eſſi volevano dare il loro Auditorio per farvi in conſequenza da pertutto le catture, la qual'opra perchè non potea naſconderſi fece, che quella Decretale in molti luoghi non fuſſe oſſervata; ed in Francia come teſtifica Monſ. Lemetre ſi prattica il contrario; in fine gl'Eccleſiaſtici non ebbero carcere fino a tempi di Eugenio I., come c'inſegna il Volaterrano. Egli altresì è ben certo, che in queſti ſecoli la Chieſa non avea potere d'imporre pene corporalmente afflittive di corpo, e d'eſilio, e molto meno di mutilazione di membra, o di morte, e ne' delitti più gravi d'ereſia toccava a Principi di ponire con temporali pene i delinquenti, i quali Principi per tenere in pace, e tranquilli i loro ſtati, e purgarli di queſti ſedizioſi, che turbavan la quiete della Republica, ſtabilirono perciò molti editti, dove preſcriſſero le pene, e li gaſtighi a color dovuti: di queſte leggi ne ſon pieni i libri del Codice di Teodoſ. e di Giuſtinian. ancora. Ne in queſti tempi i Giudici della Chieſa potevano condennare all'emende pecuniarie, e la raggione era perche eſſi non avean territorio, e ſecondo il diritto de' Romani i ſoli Magiſtrati, che avean territorii, potean condennare all'emenda, ma poi ancorche la Chieſa non teneſſe ne territorio, ne fiſco, intrapreſero di poterlo fare con applicare a qualche pietoſo uſo, come a Monaci, a Prigioni, a fabriche di Chieſe, o altro la multa, di che altrove averemo nuovo motivo di raggionare.

CAPUT III. ET ULTIMUM.

Obviam fit objectioni Milante petitae a lapide Sepulcrali Laurentii Episcopi Stabiani, quae Aequis asservabatur.

LOngum iter aegre, suspiriose, atque anhelabunde jam emensis partim remigio, partim velificatu, cum scopulos omnes praetervecti videremur, & portum tenere, iterum nobis manus improvisus injecit Milante, ac consistere coactos etiam propemodum retro conversis velis inhibuit Capacium opponens, qui narrat lapidem Aequis olim repertum cum hac inscriptione:

IN. HOC. TVMVLO. REQVIESCIT.
V. B. LAVRENTIVS. EPISCOPVS.
SANCTAE. ECCLESIAE. CIVITATIS. STABIENSIS.
QVI. VIXIT. ANNOS. PLVS. MINVS. XXXX.
SEDIT. IN. EPISCOPATV XII.
DEPOSITVS. DIE. IV. KAL. MART.
INDICT. XV.
IMPERANTE. HERACLIO. AVG. ANN. II.

Ab hac Epigraphe argumentum depromit Milante profligandae Epochae Antiocheni Patriarchae ejus satis firmis rationibus ita respondens (a): „ Verum, pace dixerim tanti viri, elumbia ea „ sunt, & ficulnea, quin & straminea ex eis aliqua esse quivis „ modicum doctus agnoscit; displicetque nimium, quod heic „ quaedam scripserit, quae spongia eruditorum egent, & redo- „ lent virum veterum monumentorum plane jejunum.

„ Primum igitur argumentum ab eo efformatum falso innititur „ fundamento. Aequas enim primitus non ad Surrentinam, „ sed ad Stabiensem Ecclesiam spectasse plenissime supra in I. & II. „ Dissertatione fuit ostensum; paterque praesertim, quia S.Catel- „ lus in jugo Aurei Montis eremiticam vitam agens, certe non ex- „ tra Dioecesim, quod nefas omnino fuisset, eoque de crimine „ pariter fuisset expostulatus, sed intra limites suae Dioecesis mo- „ ras duxit. Quum ergo Aureus mons in Aequensi territorio pro- „ mineat (esto Patriarcha ad Surrentinam Ecclesiam quoque eun- „ dem spectare, sed incassum, contendat) Aequensis ditio pari- „ ter Stabianae Dioeceseos confinium erat olim, antequam ibi „ Epi-

(a) *Pius Thom. Milant. Episc. Stabian. in Dissert.V. pag.166.*

„ Episcopalis cathedra erigeretur; & praesertim tempore S.Catelli: quinimo & potiori jure VII. inchoante seculo tempore V.B. Laurentii, qui etiam ibi dies suos in pace complevit; & certo certius, quia ibi suae Dioeceseos terminum lustrans fuit morte praeventus; heinc non in Cathedrali Stabiana, sed in Aequensi Ecclesia fuit tumulatus, adposito ad ejus sepulchrum a piis Dioecesanis laudato inciso lapide sepulchrali.

„ Quod efformat argumentum ex formula illa: *Vixit Annos plus minus XXXX.* ita puerile est (displicet nimium in tanto viro hunc notare naevum) ut solum ab imberbi, qui, nec a limine salutavit vetusta monumenta, potuerit in medium proferri. Esse quidem genuina, sincera, autographa, & a contemporaneis edita id genus prisca monumenta eadem formula (*plus minus*) servata, ita certum est, ut vel ea in dubium revocare sit de Solis existentia dubitare.

Bona verba quaeso, Milante,

Parcius ista viris tamen objicienda memento.

Tu ne senem literariis laboribus attritum, & obduratum, depontanum, edentulum, vietum, plenum veneranda canitie, omnigena excultum doctrina, facis imberbem, depilum, primatulae aetatis, & immerentem cumulas conviciis? Deinde qua fronte Aequas, seu Vicum proprios longe fines transiliens, Stabiensi Ecclesiae adjungere audes? quod ut probes tantum stat pro ratione voluntas, pro tui ingenii modulo, & arbitratu cuncta componens. Nonne Surrentinorum semper Aequa Pagus fuit? Nonne Surrentinum appellat Vicum Marinus Freccia, Sanfelicius, Caesar Capacius, Moreri, & omnes uno spiritu, atque ore Scriptores? nonne idem Geographi concorditer asserunt, ut Ferrarius (a) qui haec expresse habet? *Vicus Aequensis* Vico di Sorrento *Urbs Picentinorum Episcopalis sub Archiepiscopo Surrentino, inde quatuor millia passuum in Boream, Stabias versus totidem; a Neapoli XXII. quae & Aequana Urbs, & Aequa in ora littorali.* Jacobus vero Hofmand (b): *Vicus Aequensis Urbs terrae Laboris Episcopalis sub Archiepiscopo Surrentino ad radices Collis in ora sinus Neapolitani X.M.passuum a Promontorio Minervae in Caeciam, quot ab Amalphio in Occasum, vulgo* di Sorrento: *alias in Picentinis.* Nonne vel ipse Ambrosius Calepinus pueros, & Grammatices tyrones

(a) *Ferrarius cum notis Braudand. edit. Patav. ann. 1675. pag. 306.*

(b) *Johann. Jacobus Hofmand. tom. 2. pag. 544. edit. Basiliens. ann. 1677.*

nes ita docet in lit. V. *Vicus Aequensis, Aequana, Aequa, Vico di Sorrento*; quapropter minime manum magistrali ferulae subducere hoc palmari errore quivisses, Milante; nonne in illo veteri Diplomate Federici Vicus inter Pagos Surrentinos adnumeratur? nonne in signum antiquissimae subjectionis ab Episcopo Vicano (cui qui nunc praeest Ecclesiae Alphonsus Sotius omni virtutum laude commendatissimus, nibisque necessitudine, ac familiaritate conjunctissimus) in Pervigilio Paschatis Resurrectionis Archiepiscopo Surrentino quotannis cornutus agnus offertur, & ova sexaginta? quod tributum ab hominum memoria pensum fuisse Metropoli Surrentinae a Vicanis Episcopis, veluti ex actis Archivi Archiepiscopalis Surrentini videre est, ex fideli attestatione tabellionis hic inserta pleniissime constat.

„ Fateor ego infrascriptus Rev. Curiae Archiepiscopalis Sur-
„ rentinae Cancellarius, & Archivista, qualiter perquisita pla-
„ tea, seu inventario authentico omnium jurium, bonorum, re-
„ dituum, & proventuum Majoris Ecclesiae Surrentinae, edito
„ jussu Serenissimi Regis Alfonsi Aragonii ad instantiam Archie-
„ piscopi Surrentini Domitii anno Domini 1457. manu Notarii
„ Joannis Rapari de Surrento inveni *fol.* 13. inter alia jura descri-
„ pta, reditus, ac bona sequentem §. *Item Episcopum Aequensem*
„ *dare, & solvere debere de fructibus suae mensae singulis annis in*
„ *perpetuum in Sabbato Sancto praedicto ova sexaginta, & ca-*
„ *prettum unum cum cornicellis*. Et a tergo ejusdem *fol. Et simi-*
„ *liter praedicto die comparuit Venerabilis Vir Dominus Fr. Loy-*
„ *sius de Rosa Ab. Venerabilis Monasterii S. Renati Surrentinae*
„ *Dioecesis nomine, & pro parte Episcopi Aequensis asserens se esse*
„ *procuratorem, pro quo promisit de rato, & ratihabitione dictum*
„ *Dominum Episcopum dare debere dictum Caprettum, & ova*
„ *praedicta*: prout clarius ex dicto inventario, seu platea liquet,
„ sistente in Archivo dictae R.C. Archiepiscopalis, cui &c. Et in fi-
„ dem &c. Ego Sac. Andreas Romano de Surrento publicus Apo-
„ stolica auctoritate Notarius, in Archivo Romanae C. descriptus,
„ Curiaeque Archiepiscopalis Surrentinae Cancellarius, & Archi-
„ vista signavi requisitus.

Ad objectionem vero Milante redeuntes (ut ejus affanias de Vico olim Stabiano omittamus, quo quid magis absurdum, inane, ac falsum ab homine dici possit, nullus equidem video, ostensumque abunde est) responsionem, ne actum agere videamur, aut crambem apponere recoctam ex ipo Patriarcha Antiocheno mutuemur

tuemur

tuemur (a). „ Heraclj annus est aerae Christianae 612., quare an-
„ no 606., quo constituimus celestem illam, solitariamque consue-
„ tudinem S.Antonini cum S.Catello, non hic, sed Laurentius
„ Stabiensem Ecclesiam regebat. Ex hoc igitur inscripto lapide
„ magnum Caraccioli sententiae, & post eum Bollandistis pon-
„ dus accedere videtur. Nos vero nihil ex eo movemur, pro quo
„ enucleando plura dicemus in commentariis ad Lectiones S.Ca-
„ telli.

„ Interim suspectae fidei, immo commentitium eum prorsus
„ habemus. Quantum enim potuimus diligenti inquisitione, atque
„ ex aliis etiam sciscitantes assequi, non solum nullibi Aequis ser-
„ vatur, verum ne ulla quidem apud illius Civitatis eruditiores
„ ejus extat memoria. Et licet a nonnullis Scriptoribus referatur,
„ ut Capacio, Caracciolo, Ughello, Bollando: tamen non adeo
„ operosum est expiscari, ejusmodi lapidis inscriptionem Capa-
„ cium primum invexisse, ex Capacio deinde illam hausisse Ca-
„ racciolum, atque ex his Ughellum, ac Bollandum fuisse mu-
„ tuatos; hi enim omnes eodem prorsus modo, quo illius men-
„ tionem interserit suae Neapolitanae Historiae Capacius in
„ suis commentariis eam transcribunt.

„ Capacius vero meminit nudis, jejunisque his verbis: *ut ex*
„ *inscriptione, quae servatur Aequis*, nullum peculiarem locum
„ indicans, quo reperiatur contra consuetudinem suam, qua so-
„ litus est inscriptiones, atque Epitaphia omnia in privatorum
„ etiam domibus insculpta, vel adnotata, non modo luculentius
„ afferre, sed etiam addita plerumque interpretatione, & pecu-
„ liari, distinctoque loco, ubi inveniuntur eorundem explanatio-
„ nem, significationemque exhibere. Ex quo planum est Capa-
„ cium inscriptionem hanc neque tanti fecisse, neque voluisse con-
„ sueta, accurataque sua diligentia, & auctoritate comprobare.
„ Idque satis evidenter idem scriptor nostro judicio patefacit, qui
„ eadem prorsus pagina, qua Epitaphium illud transcribit, adse-
„ rit S.Catellum Stabiensi Ecclesiae praefuisse eadem tempestate,
„ qua praedictum Epitaphium innuit, Virum B.Laurentium illam
„ sedem tenuisse. Quis heic potius Capacium errasse, ac turpiter
„ hallucinatum criminetur, quam arguat nullius apud illum eam
„ inscriptionem momenti fuisse, nulliusque pensi, atque auctori-
„ tatis? His omnibus accedit, quod Paulus Regius Vir id tempo-
„ ris eruditione satis praestans, testante Baronio, eum honoris,
„ caus-

(a) *Patriarch. Antiochen. de Ecclesiast. Civil. Surrentin. Antiq. lib. 2. cap. 4. fol. 160.*

„ caussa nominante, & Aequensis, paulo antequam Capacius „ scriberet, Episcopus, qui S.Antonini, aliorumque Sanctorum „ vitas persecutus est, nullibi hujusce inscripti lapidis meminerit, „ etsi cetera in primis Ecclesiae suae Aequensis monimenta accuratè fuerit perscrutatus. Quae vero alia heic afferre possemus, ut „ Caraccioli sententiam fide, auctoritateque hujusce inscriptionis „ praecipue innixam infirmaremus, missa nunc facimus, ea dicturi, ubi de S.Catello agemus.

Idem vero (a). „ Ex quo quidem Coenotaphio, quum clarissime constet objisse V. B. Laurentium secundo Heraclj Imperatoris anno, qui fuit Aerae Christianae 612. (Heraclius enim anno 610. Imperj initium fecit) eumque Stabiensem Ecclesiam tenuisse duodecim annos, infert Caracciolus Episcopatum suum „ induisse V. B. Laurentium sub initium anni 601. S.Gregorio M. „ R.P. eique inde praefuisse sub Sabiniano, Bonifacio III., & S.Bonifacio IV., sub cujus Pontificatu ipse V. B. Laurentius videtur „ ad Coelos abiisse, eodem scilicet tempore, quo nos S.Catellum „ potius Episcopum Stabiensem facimus.

„ Huic sane difficultati, ne antiqua turbetur Ecclesiarum tam „ Stabiensis, quam Surrentinae traditio, ac ne ea, quae a tot „ memoraris scriptoribus congrue relata sunt, quaeque a nobis invicte alias fuere probata, una nullius momenti inscriptione „ protinus excidant, in notis ad Lectiones S.Antonini pluribus occurrere studuimus. Heic vero ut promissam fidem liberaremus, „ insuper primo subnectimus, non adeo vero simile nobis videri, „ quod Episcopi Stabiensis tumulus non in sua Dioecesi, sed Aequis „ antiquitus extructus fuerit, intra confinia scilicet Surrentinae „ Metropoleos, cujus jurisdictionis erat illis temporibus Aequa, „ quum non dum suum Episcopum haberet; vel quod inscriptus „ ille lapis illuc, Aequas scilicet translatus fuerit a Stabiensi Civitate avulsus, quum nulla suppetat hujus translationis, vel forte „ subreptionis caussa.

„ Secundo, si inscriptus hic lapis revera Aequis olim servatus „ sit (quod nobis jure non probatur, ut satis alibi invictis conjecturis ostendimus) quis non videt hanc eamdem inscriptionem „ verbis illis: Vixit annos plus minus XXXX., infirmam quodadmodo sibi ipsi fidem comparare? Ex quo nos merito inferimus „ hujus inscriptionis auctorem non modo nescivisse, sed ne expiscari quidem potuisse exactum annorum numerum, quibus V.

„ B.Lau-

(a) *Patriarch. Antiochen. de Ecclesiast. Civil. Antiq. lib.2. diss.2. cap.3. fol.278.*

„ B. Laurentius hic vixerit; aliter non ita perplexe fuisset locutus;
„ adeoque praedictam inscriptionem non quidem in ipsius Lau-
„ rentj obitu, vel paulo post coaevum aliquem exarasse, sed alium
„ quemdam recentiorem posterioribus seculis. Quis enim ipsius
„ Laurentj aequalis tam dubius annorum ejus extitisset? aut quis-
„ nam, si ea aetate vixisset, monimentum Laurentii posterorum
„ memoriae insculpturus non diligenter investigasset saltem certos
„ vitae illius annos, quod non adeo difficile fuisset, ne quid mi-
„ nus firmum posteritati mandaret.

„ Postremo, si aliquantae esset fidei, atque auctoritatis inscri-
„ ptus hic lapis, posset aliquis cum nostra etiam sententia eum
„ conciliare, si diceret in Civitatibus Graeco-Romanis aliquid Ro-
„ mani moris circa nomina imponenda seculo septimo usurpatum
„ fuisse. Norunt praecipue jurisconsulti praeclariores Romanos
„ quatuor nominibus donatos, ut disertissime Charisius Gram-
„ maticus: propria nomina in quatuor species dividuntur, Prae-
„ nomen, Nomen, Cognomen, & Agnomen, ut Publius Cor-
„ nelius Scipio Africanus. Praenomen est, quod nomini prae-
„ ponitur, ut Publius. Nomen, quod Familiae originem decla-
„ rat, ut Cornelius. Cognomen, quod nomini suo injungitur,
„ ut Scipio. Agnomen, quod extrinsecus adjici solet, ut Africa-
„ nus. Praenomina feminis octavo a nativitatis die, masculis no-
„ no imponere Romani consueverunt, ut Christifideles in Ba-
„ ptismate.

„ Temporis lapsu extra Urbem illustriores aliquot viros qua-
„ tuor praefata nomina retinuisse, & adhuc retinere fortasse dice-
„ mus in secunda parte, ubi de Ruberto Surrentino Capuae Prin-
„ cipe. Quare Johannes secundus Papa dicitur Cognomento Mer-
„ curius in Pontificali Romano, ut notat Binius; & S.Johannes
„ tertius Catellinus apud Cabassutium. Temporibus vero Nort-
„ mannorum solum Praenomen, & Patriam plerumque relictam;
„ aliquando Agnomen, ut Robertus Viscardus. Itaque potuit
„ fortasse Catellus nomen fuisse, praenomen vero Laurentius.
„ Quod non abludit ab iis, quae in dissertatione ad Lectiones S.An-
„ tonini diximus; ibi enim cum Caracciolo, aliisque innuimus
„ S.Catellum saltem e gente Catellorum traxisse originem, ideo-
„ que Gentilem fuisse S.Antonini. Neque haec monimentis Eccle-
„ siae Stabiensis, quae tradunt ex Coppula gente natum S.Catel-
„ lum quidquam detrahunt. Haec enim gens Catellorum in
„ tanta annorum longinquitate copiosius aucta, atque in alias di-

„ visa

„ visa Familias potuit recens hoc sibi Coppulae nomen, vel, ut „ modo dicitur vulgo, cognomen adsciscere. Quod quam plurimis, ne dicam pene omnibus vetustioribus Familiis contigisse norunt antiquitatum studiosi. Cui rei insuper accedit, quod hoc „ Coppullae nomen non tantae quidem vetustatis, neque temporum S.Catelli, ut ex ipso nomine liquet, esse videatur.

„ Nostrae huic, quaecumque sit, interpretationi nonnihil stabilitatis tribuunt literae illae V. B. in illo inciso lapide Laurentio „ praepositae. Eae enim juxta sensum Ursati Virum Beatum exprimunt. Ea siquidem Beatitatis opinio, praeterquam de S.Catello, de aliis Stabiensibus Episcopis minime circumfertur.

„ Praeterea his omnibus accedit, quod S.Catelli Praenomen nemini antiquorum mortalium impositum esse reperimus. Novimus equidem Catulam Gentem Romae olim extitisse, unde genus traxerunt Quintus Catulus, aliique, quacum similitudinem habere Catella gens, vel eadem fortasse esse, vel saltem ab ea derivasse videtur. Legimus etiam inscriptionem marmori incisam, & a Caracciolo relatam, quam Gruterus habet hujusmodi: L. Catellius L. L. Barbarus cum aliis viarum curator. „ Verum cuique attendenti patet haec nomina potius fuisse, „ quae gentem exprimerent, &, ut nos vulgo dicimus, Casata, „ non autem praenomen, quod proprium, & peculiare cujusque „ hominis esse consuevit; Catulus enim ex gente sua appellabatur Quintus Catulus, ut Lucius dicebatur etiam e sua gente Catellus. Id literae Q. ante Catulum, & L. ante Catellium innuunt. „ Et quamvis cujusdam Catelli bis meminerit S.Gregorius in Epistolis: tamen nomen ipsius, & nunc ii etiam nominari solent, „ qui satis cogniti sunt; non autem Praenomen a S.Gregorio indicatum fuisse putamus, quum neminem alium eo Praenomine, „ neque ab alio, quam a S.Gregorio antiquitus appellatum reperiamus. Praeterea si antiqua evoluimus, tantum S.Gregorii tempore hoc nomen auditum inveniemus.

„ Itaque non adeo absurdum videretur, si quis astrueret hanc „ Catelli vocem, nomen olim S.Catelli fuisse, quod cotidiana appellatione magis usitatum in ejus praenomen, inde versum „ sit apud eos, qui suum fortasse Laurentii Praenomen ignorabant. Neque quidquam obstat, quod praefatae inscriptionis „ auctor (si unquam extitit) Laurentium praenomine eum tantum nominavit, non adjecto usitatiori fortasse Catelli nomine; „ mos enim invaluit a primoribus Ecclesiae temporibus, qui ad-

„ huc

„ huc perdurat, ut Episcopi, aliique praecipue dignitatis Ecclesiasticae Viri prae nomine tantum suo, addito tamen propriae Ecclesiae titulo se subscriberent, ut videre est in antiquis Conciliis, & praecipue in Synodo a S.Gregorio M. coacta; quem inde morem plerumque secuti sunt, qui Sepulcrales inscriptiones condiderunt, ut ex earum antiquioribus patet. Et nostra etiam memoria quamvis Episcopi, aliique Dignitatibus praediti nomine vulgo Casata, vel Ecclesiae eorum titulo soleant in cotidiana appellatione distingui; tamen ubi ipsi se subscribunt, praenomen, suaeque Ecclesiae titulum in primis praeseferre consuescunt, quamvis Cardinales suae gentis nomen non adeo multis ab hinc annis superaddere coeperint.

De reliquo ne nos silentio, & inoffenso, ut dicitur, pede id negotii praeterire videamur, libet nonnulla de nostro, ad quae forsan Patriarcha Antiochenus animum non advertit, adjungere. Hercle eandem inscriptionem, si veritas ipsa non obstaret, omnes veracitatis notas praeseferre fateremur; Verum quae de Laurentio habentur, de S.Catello intelligenda esse certo certius affirmamus; quamvis enim Indictio XV. quae ibi praefigitur, juxta Baronium (a) non caderet ad annum secundum Heraclj Imperatoris, sed decima quarta; hic tamen Baronii error fuit, qui Theophanem Historicum non legerat; nam post ejus mortem in lucem prodiit; sed viderat tantum quae Anastasius in suis Commentariis, & auctor Miscellae ex eo referunt, qui res gestas Heraclj anno I. anticipant: itaque vere anno secundo Heraclj, qui fuit sexcentesimus undecimus Christi, recurrebat indictio XV.; uti advertit Pagius seculo VII. anno Aerae Hispanae DCXLIX., & Christi 611. (b)

Deinde quod Laurentius iste fuerit idem ac S.Catellus, sic conficitur; advertendum est enim, nullam in diptychis Stabianae Ecclesiae mentionem fieri alicujus Beati Episcopi Laurentii, neque ab Ughello, neque a Johanne Bollando, neque a Coleto, neque a Godofrido, Henschennio, neque a quoquam quoad sciamus, neque ullam repeti ejus memoriam, vel in MS. vel in Calendariis, aut traditionibus, & monumentis ejusdem Ecclesiae; haec vero inscriptio disertis, & perspicuis verbis loquitur de depositione Episcopi Laurentii, quae quidem vox *Depositio* nonnisi in funere, & parentatione, sive Apotheosi vel Martyrum, vel sanctorum Confessorum potissimum usurpabatur, uti videre est in

(a) *Baronius ad ann. Christi 611.* (b) *Pagius in notis ad Baron. ann. 611.*

in antiquissimo Calendario Romano, ubi legitur: *Depositio Episcoporum. Sexto Kal. Januarias. Dionysii in Callisti. Tertio Kal. Jan. Felicis in Callisti. Pridie Kal. Jan. Sylvestri in Priscillae. IV. Id. Jan. Miltiadis in Callisti. XVIII. Kal. Feb. Marcellini in Priscillae. III. Non. Mart. Lucii in Callisti. X. Cal. Maji Caji in Callisti. IV. Non. Aug. Stephani in Callisti. VI. Kal. Octob. Eusebii in Callisti. Nonis Octobris Marci in Balbinae. VI. Id. Decemb. Eutichiani in Callisti. Prid. Id. April. Julii in via Aurelia milliario III. in Callisti*. Ex quo planum fit vocem depositionis tam Martyribus, quam Sanctis Confessoribus solummodo convenire, non vero aliis; unde Bucherius ait: (a) *Tertium igitur Opusculum instar Martyrologii Roman. aliquot Episcoporum, cum Martyrum quorundam depositionem complectitur per omnes menses &c.* Item in Calendario Carthaginiensis Ecclesiae (b) hic titulus praefixus est; *Hic continentur dies Natalitiorum Martyrum, & Depositiones Episcoporum, quos Ecclesiae Carthaginienses Anniversaria celebrant*. In vita S.Felicis Nolani haec habentur (c): *Post longos itaque, & innumeros agones B.Felix migravit ad Dominum, & depositus est nona decima Kal. Februarii.* In Calendario itidem pervetusto Neapolitano nuper invento in marmore insculpto anno nempe 1748. describitur: *Depositio S.Basilii, Depositio S.Sylvestri &c.* (d). Committi itaque, aut concedi nullo pacto potest, quin hic Laurentius, cum dicatur *Depositus*, inter Sanctos, aut Beatos non sit adnumerandus. Cumque in Stabianis monumentis nullius Sancti Episcopi praeter Catellum memoria recolatur, idcirco aut falsa est inscriptio, aut iste Laurentius cum Catello est proculdubio confundendus.

Rursus B.Laurentium eundem fuisse ac Catellum, hoc est duo nomina, seu nomen, & praenomen habuisse Laurentii, & Catelli vel ex eo maxime confirmatur, quod nullum alium Scriptorem, aut documentum aliquod invenire sit, quo B.Laurentii Stabiani Episcopi mentio fiat. Atque equidem huic rei veluti ovum ovo similis est illa S.Severini Neapolitani Episcopi aequivocatio; inter enim antiquos Neapolitanos Episcopos fuisse numeratum S.Severinum quamplures magni nominis Scriptores adseverant, quod alii mor-

dicus

(a) *Bucher. cap. 15. sub tit. Deposit. Episcopor. pag.267.*

(b) *Calend.Carthag.apud Mabillon.to.3. vet. Annal. pag.398.; & apud Ruinart. in fine operis de Actis SS.MM. pag.618.*

(c) *In vit.S.Felic.Nolan. Script.a Marcell. Presbyter. apud Bollan. tom.1.Mens. Januar. sub die 14. pag.948. colon.2.*

(d) *Calend. Vetust. Neap. cum notis P. D.Ludovic. Sabatin. Congreg. P.O.*

dicus negant. Praestat hoc a Scriptoribus audire. Christophorus Preislebius (a) S.Severinum Episcopum Neapolitanum facit; item Baronius (b), & Martyrologium Bedae (c), & Usuardi (d), Caesar Engenius Caracciolus idem affirmat (e), & Calendarium Neapolitanum etiam Episcopum Neapolitanum agnoscit (f); Bollandus vero hanc Engenii opinionem strenue respuit, & Sanctum Severinum aperte e Catalogo Neapolitanorum Episcoporum expungit (g). Idem sentit Chioccarellus ita edisserens (h): *Movemur exinde potissimum, quod nullam penitus unquam Ecclesia Neapolitana ejus Sancti habuerit mentionem, nec in antiquis ejus Ecclesiae Martyrologiis, nec in Missarum libris, nec in vetustissimis Calendarii tabulis, nec in Ritualibus, nec in antiquissimis litaniis ejus Ecclesiae, nec in Ecclesiasticis officiis, quae recitare praeteritis seculis consueverunt, nec aliquid de ejus gestis, ac vita circumferatur, nec nomen quidem ipsius memoretur, nec (quod mirum est) Johannes Diaconus, qui Episcoporum Neapolitanae Urbis Chronicon conscripsit, aliquam ejus fecerit mentionem, nec tandem in aliquo opere, quod adhuc viderim ex innumeris vetustissimis Codicibus MS. Neapolitanae Civitatis, ac proximarum Urbium ipsius memoria habetur*. S.Maro autem dubitari non potest, quin Episcopus Neapolitanus extiterit, de quo Johannes Diaconus (i): *Maro Episcopus cum his Praedecessoribus suis ob sanctitatis meritum in Ecclesia Stephania translatus esse videtur*; & Camillus Tutinus inquit (k): *Marone secondo Giovanni Diacono fu il terzo Vescovo, e da un antico manuscritto, che conservava il P. Antonio Beatillo della Compagnia di Gesù si raccoglieva, che fusse lo stesso, che S.Severino, dicendo: Maro Severinus Episcopus Neapolitanus integerrimae vitae, ac sanctitatis nituit*. Hanc tamen Historicorum discre-

(a) *Christoph. Preisleb. apud Bullan. in dissert. ante ejus acta num.* 8. *pag.* 484. *colon.* 1.

(b) *Baronius in Actis ad Martyrol. ad diem* 8. *Januar. colon.* 278.

(c) *Beda tom.* 3. *oper. in Martyrol. ad diem* 8. *Jan. colon.* 278.

(d) *Martyrol. Usuard. ad diem* 8. *Jan.*

(e) *Caesar Engen. Caracciol. de Translat. Corpor. S.Severini die* 8. *Jan. p.* 498. *colon.* 2.

(f) *Calendar. Neap. die* 8. *Jan. in S.Severin. Episcop.*

(g) *Bollan. de SS. Ital. in S.Severin. Ep. Neapol. ad diem* 8 *Jan.*

(h) *Chioccarell. de Episc. Neapol. in S.Severin. pag.* 20.

(i) *Johann. Diacon. in Chronic. Episcop. Neap. in Marone apud Muratorem tom.* 1, *Scriptor. rer. Italic. part.* 2. *fol.* 292. *colonn.* 2. *lit. B.*

(k) *Camill. Tutin. in MS. quae asseruantur in Biblioth. Famil Brancacii ad S. Angel. ad Nid. lit. K. ubi agit de Neapolitan. Episcopis pag,* 17.

ſcrepantiam dirimere, ac conciliare apprime conatur D.Ludovicus Sabatinus vir egregius,& exactiſſimus Scriptor ea potiſſimum ratione ductus,& cauſa aſſignata a Camillo Tutino,quod fuerit Neapoli tertius poſt S.Aſprenum Epiſcopus S.Maro Severinus binominis Epiſcopus,cui conſuetius,& ſolemnius relictum fuit illud Maronis;cumque ejusdem in antiquiſſimis monumentis ſolum habeatur mentio, ideo Severinum delendum eſſe e diptychis Epiſcoporum autumarunt nonnulli. Ex quo concludere fas eſt, ſicuti Maro Severinus Neapolitanae Eccleſiae extitit Sanctus Epiſcopus, & tamen Scriptores illum in duos diſcriminant, diſpeſcuntque; ita & S.Laurentium Catellum unum fuiſſe, quem in duos ſcindere, aut partiri vellet Milante; cum de Laurentio, & ſi vel ſimplex Epiſcopus fuiſſet, nullae Stabianae Eccleſiae tabulae, nulli ſcriptores, nulla denique comparata ſit memoria, ſed altum quaquaverſus ſilentium. Praeterea nemo non novit qualia ab inſcriptionum caeco quodam, imo veſano quandoque furore in literariam Rempublicam irrepſerint mala; unde Chriſtophorus Coccherius librum de Idololatria Literaria hac ſuper re ſcripſit (a). Et Menchenius de Chiarlataneria Eruditorum declamavit (b), & Anonymus *dell'incertezza delle Scienze* (c), & Bayl in Dictionario ſtylum varie in hunc fanaticum errorem acuerunt (d); nam lapicidarum, vel ſculptorum ſaepe oſcitantia, & ſupina incuria plerumque in cauſa eſſe ſolent, ut ſenſa, factaque confundantur, & quodam veluti labyrintheo obvolvantur anfractu, ut quivis e trivio, vel tonſtrinis deprehendere ſat poteſt. A Grutero affertur ſequens inſcriptio (e):

SVF.

(a) *Johann. Chriſtoph. Coccher. de Idololatria literaria Annover.* 1738.

(b) *Menchen.de Chiarlataneria Erudit. declamat. lib.*1. *pag.*88. *edit. Luc.*

(c) *Anonym.dell'incertezza delle ſcienze, Venet. cap.*11.*della Cronologia. Ci ſono ſtate fatte concepire in queſti ultimi tempi delle grandi ſperanze ſopra le medaglie, e su l'iſcrizioni .... ma che capitale può egli farſi ſopra una leggenda, e deſcrizione, a cui cambiaſi con alterazione del minimo punto il ſentimento, e la data?*

(d) *Bayl. tom.*6. *del Dizzionario. Articolo ſur les libelles diffamatoires Monomens, que les modernes emplojent impunement, pour ſatisfaire leurs caprices ſans ſe fonder ſur un fait reèl. Vide Johannem Chryſoſtomum Wangeſelio de re monetali veter. Rom. diſſert. Altorphii* 1691. *Gilbertum Cuperum, Johannem Andream Boſium de utilitate rei nummariae* 1733. *&* 1737.

(e) *Gruter. pag.*1087.

SVF. A. PLAVTIVS. L. NONIVS.
T. SALVIVS. PARIANVS. A. TERENTIVS II VIR.
SEX. APONIVS. PROCVLVS. Q. NOLLENIVS. AED.
L. CASSIVS. LONGINVS. M. VINICIVS. COSS.
SVF. C. CASSIVS. LONGINVS.
L. NAEVIVS. SVRDINVS.
M. SENTIVS. RVFVS. Q. VIBIDIVS. SEDATVS II VIR.
P. SVBIDIVS. POLLIO. (a) SEX. PARIANVS. SERENVS. AED.
TI. CAES. AVG. V. COS.
SVF. VII. ID. MAI. FAVSTVS. CORNELIVS. SVLLA.
SEXTEIDVS. CATVLL. COSS.
SVF. K. JVL. L. FVLCINIVS. TRIO. COS.
T. OPPIVS. PROCVLVS. M. STAIVS. FLACCVS. II VIR. ITER. Q.
M. ATINIVS. FLORENS. A. CLVVIVS. CELER. AED.
SVF. KAL. OCT. P. MEMIVS. REGVLVS. COS.
GN. DOMITIVS. AHENOBARDVS. COS.
SVF. KAL. IVL. A. VITELLIVS. COS.
M. VALERIVS. POSTVMVS. Q. LVCEIVS. CLEMENS. II VIR.
C. SENTIVS. SEVERVS. L. IPPILIVS. ATTICVS. AED.
SER. SVLPICIVS. GALBA. L. SVLLA. FELIX. COS.

. . . .

Pro qua ſane quis non ſtaret armatus, aut etiam conſerto pede tamquam pro Aris, & focis non pugnaret? & tamen mendum liquidiſſime ineſſe notarunt Scriptores (b). Anno enim Chriſtianae aerae 31. Conſul fuit Tiberius Auguſtus, & Lucius Helius Sejanus, ac ſubrogati Conſules Cornelius Sulla, & Sexteidius Catullinus: deſideratur itaque L. Helius Sejanus; ſeu potius omittitur conſulto; ex eo quia jam in Tiberii Caeſaris ſimultatem, & odium inciderat, imo & trucidatus fuerat, quo circa ut illius memoriam obliterarent, e Conſulum Albo abraſus fuit.

Gruterus has quoque exhibet inſcriptiones:

NERONI. CL. CAES. AVG. PONT. MAX.
OB. PROVINC. LATRONIBVS.
ET. HIS. QVI. NOVAM.
GEN. HVM. SVPER
STITIONEM INCVLCAB.
PVRGATAM.

Et

(a) *Hic P. Sabidius Pollio ille eſt, quem ignorare fatetur Milante, & Romani ſimul, ac Neapolitani Antiquarii a ſe ipſo conſulti in I. Diſſ. de Stabiis &c. p. 11. v. 35.*

(b) *V. Johann. Steph. Remond. pag. 443. hiſtor. Nolan.*

Et ſequentem hanc :

DIOCLETIAN. CAES.
AVG. GALERIO. IN. ORI
ENTE. ADOPT. SVPER
STITIONE. CHRIST.
VBIQVE. DELETA. ET. CVL
TV. DEOR. PRO
PAGATO.

Quas tamen tam falſas, quamquod falſiſſimum putarunt Scaliger Flectuod. & Ittigius (a) : veluti & iſtam TEMPORIBVS CLAVDII TIBERII FACTA HOMINVM ARMIGERVM OSTENTATIONE IN ROMA SEPTIES, DECIES, CENTENAMILLIA LXXXVII. REPERTA SVNT : (Ita enim lapis Romae ad D.Gregor. in velo aureo,) ſuſpectam Lipſio, & adulterinam etiam Pignorio Cenſoribus idoneis (b).

Haec inſuper ſuſpicione non caret :

IMP. CAESAR. DIVI. NERVAE.
FIL. NERVA. TRAIANVS. GER-
MANICVS. PONTIF. MAX.
TRIBVNIC. POTEST. VI.
IMP. II. COS. IIII. P. P.
INCHOATAM. A. DIVO. NERVA.
PATRE. SVO. PERFICIENDAM.
CVRAVIT.

nam Pratillus addit : *Se gli antiquarii la paſſano per vera* (c). Quis itidem ſequentem non Autographam reputaret, cum tam religioſe conſervetur in Muſaeo Magni Ducis Etruriae

APPIVS. CLAVDIVS.
C. F. CAECVS.
CENSOR. COS. II. DICT. INTERREX. II.
PR. II. AED. CVR. II. Q. TR. MIL. III.
COMPLVRA. OPPIDA. DE. SAMNITIB.
CEPIT. SABINORVM. ET. THVSCOR. EXER
CITVM. FVDIT. PACEM. FIERI. CVM. PYRRHO.
REGE. PROHIBVIT. IN. CENSVRA. VIAM.
APPIAM. STRAVIT. ET. AQVAM. IN. VRBEM.
ADDVXIT. AEDEM. BELLONAE. FECIT.

Ma-

(a) *Ittig. Hiſtor.Eccleſiaſt. prim. ſaecul. cap.6. num.3. pag.223. edit. ann.1709.*

(b) *Vide Naude. Syntag. de ſtud. Milit. lib. 2. pag. 728.*

(c) *Franciſ.Maria Pratill.in Via App. pag.30.*

Ma un tal marmo e per la frase, e per altri contrasegni è molto sospetto all' Agostini, al Fabrizio, e ad altri dotti Critici; onde non è da tenerne conto, ut inquit Pratillus in Via Appia (*a*). Sed quis modus esset, si hujusmodi lapidum falsitatem per omnia persequi vellemus?

Quis etiam adeo est peregrinus, & hospes, & in angulo terrae ita delitescit, ad quem non pervenerint turbae, & contentiones, quae inter doctissimos Viros Canonicum Neapolitanum Symmachum Alexium Mazochii, & Ludovicum Sabatinum nunc meritissimum Episcopum Aquilanum efferbuerunt pro genuina interpretatione Coenotaphii Hilarii Romae reperti; num ne fuerit latine, an barbare exaratum, & an Hilarius iste Baptismate, an vero Chrismate fuerit initiatus, proque illis voculis, & formulis *plus minus* (pro quibus etiam quaestionem inire, & intentare cum Patriarcha Antiocheno placuit Milante?) Quadere concludendum nihil ponderis, nihilque pensi ex hisce suspectissimis inscriptionibus posse statui, & affirmari; quamvis negare non audemus ab illis multum adjumenti, & utilitatis Historiae derivatum, ut iis, qui propius in rem intuentur, patet; sed diligentissima cum inquisitione, & variis adminiculis, ac circumstantiis concurrentibus, nec sine magno habito delectu eis fidem astruendam fore censemus, quae tamen desunt in laudato Laurentii lapide (*b*).

Ut vero S.Catelli Epocham sibi visus est exibilasse, atque explosisse, e vestigio contra Barbatum Surrentinum Archiepiscopum arma ferox intorquet Milante; sed antequam ex proposito rem con-

(a) *Idem lib.1. cap.2. pag.15.*

(b) *Vide Antonium Augustinum in Dialog. de Numism. Inscript. & Antiquit. Roman. Stephan. Erizz. discors. sopra le Medaglie degl' Antichi. Franciscum Mezzabarb. Imperator. Roman. Numismata ab Adolfo Occone congesta, nunc Iconibus, notis, additamentis illustrata. Philippum Buonarot. Osservazioni su i Medaglioni antichi. Franciscum Angeloni l' Istoria Augusta da Giulio Cesare a Costantino il Magno illustrata colla verità delle antiche Medaglie. Johan. Evelyn. in Lib. cui tit. Numismata. Ubertum Golthi. in Thesaur. rei Antiquariae. Jacobum Gronov. de Pecunia Veterum. Jacobum Osichium in Thesaur. Selectorum Numismatum. Laurentium Begera in Thesaur. e Thesauro Palatino Select. Eucherium Gotlieb Kink de Veter. Numismatis Potentia, sive cognitio totius Rei Nummariae ad intelligentiam juris accomodata. Andream Morell. Specimen Rei Nummariae antiquae. Ezechiel. Spanhem. de Usu, & Praestant. Numismatum. Ludovicum Jobert. Discours sur les Madailles Antiques. Carol. Patin. Introductio ad Historiam Numismatum. Johann. Foy Vaillant. Numismata Imperator. Romanor. a Julio Caesare ad Postum. & Tyran. Ludovic. Savot. Discours sur les Medailles Antiques; Arduinum, aliosque pene innumeros.*

conficiat, terram Angari Stabianae jurisdictioni recuperare, ac vindicare satagit. Haec autem in causa sunt, ut eam sibi adjudicet, & suae ditioni subjiciat; Gregorium Stabianum Episcopum concessisse fundum quendam, seu hortum ad suam Mensam spectantem in emphitheusim in Angari Pago octoginta fere passuum longitudinis cuidam homini Nucerino, cujus instrumenti exemplar est tenoris sequentis (a).

In Nomine Domini Dei, & Salvatoris Nostri Jesu Christi anno septimo decimo Ducatus Domini Sergii Gloriosissimi Ducis die vigesima mensis Martii Indictione VIII....,, Syrrenti certum est me Gregorium Divina Gratia Episcopum Sanctae Sedis Stavianae a praesenti die promptissima voluntate dedimus, atque in praesenti tradimus tibi Domino Mirando Judici Filio Dauferri de Nuceria, hoc est ad laborandum, & detinendum inclytam unam petiam nostram de terra, quae arbustum esse videtur, pertinente de suprascripta Sancta nostra Ecclesia positam vero in loco, qui vocatur Angre, & dicitur Casa Atrabile pertinentia Nuceriae, simul & hice de via sua, & cum omnibus sibi habentibus, & pertinentibus, coherente sibi ab Oriente cum fine de supradicta nostra S. Ecclesia, quam tu ad laborandum retines, unde omni annuo dare debeatis nobis tarenos nobem &c. (b)

Hoc sane pacto si argumentari fas esset, Milante, totum qua late patet Orbem nullo negotio tibi posses asserere. Nam si volam, aut ulnam, aut radium, vel pedem, areamque in Neapolitano Regno, aliisque in Provinciis possideres, hoc totum tuum esse diceres; quemadmodum cum fundo in Angari Pago fruereris ipsummet pagum qualis, quantus est tuae jurisdictioni submisisti. Actum igitur de Episcopali Nucerina ditione, ubi Archiepiscopus Surrentinus latifundium possidet. Si hoc non est ineptire, ac desipere quid erit unquam desipere? Ergo Castrum ad mare, Vicum, Massam Lubrensem Urbes, quia

(a) *Pius Thom. Milant. dissert. 5. pag.* 195.

(b) *Nota contradictionem Milante. Hic asseritur terram extare in pertinentia Nuceriae, expressissimis verbis, ipse vero fol.* 192. *de eadem terra sic loquitur*. Instrumenta hujusce Gregorii sic firmata manu Archivarii Apostolici Notarii ejusdem insignis Monasterii benigne transmisit, quaeque gratulanter a me excepta, utpote nimium opportuna ad decorem nostrae Dioecesis heic adpono ad notitiam hujusce Episcopi, & similiter ad praefatum decorem nostrae Dioecesis ob amplitudinem territorii, quod adhuc XI. seculo eadem nostra Ecclesia ad spiritualem jurisdictionem possidebat; etsi non liceat vel divinare, quando primum terra Angaris a nostra Stabiana Ecclesia avulsa fuerit, & adgregata Ecclesiae Nuceriae. *Hui praeclarum Ecclesiae decorem?*

quia in iis fundos, & census possideo, meas esse pleno jure dictitabo. Nonne ista ad Phaeacides vacui capitis sunt releganda, mi scite Milante? te vero tot nugas nugacissimas, tot fabulas, & Atellanarum exordia in hunc librum congessisse non puduit; ad prudentes viros, & sapientes igitur illum amandabimus, quibus risum moveat, aut potius commiserationem; nam

Quis dubitet quin magna sit haec rationis egestas?

Jam vero supra omnem fidem esse videtur illa ejusdem notula ad instrumentum Johannis Episcopi Stabiensis apposita in margine; inter enim jura Stabianae Mensae *Portula* describitur, ubi ipse notat *Portula olim nunc Porta di Sorrento* (a). En tibi etiam Surrentinam Portam, quae elegantior, & spectabilior est, Stabiano Episcopo subjectam! Eccum Vicanum agrum & amoenissimam Planitiei plagam suppositam Stabiano Episcopo!

Cedo qui vestram Rempublicam tantam
Amisistis tam cito? (b) O Surrentini!

Profecto nihil magis stulte, incogitanterque dici potest.

Sed quae quisquis amat sibi somnia fingit.

Revera tamen *Portula* illa, de qua in laudato instrumento fit mentio, limitanea quaedam viecula est inter Vicanos, & Stabianos fines, & patrio sermone appellatur *Portocariello*; tantum vero a Surrentina Porta distat, quantum distat ab Inacho Codrus.

Interea antequam coronidem huic opellae imponamus, advertere debes amice Lector, in enarrandis Episcopis Stabiensibus Milante varias interponere lacunas, immensumque temporis intervallum esse interjectum ab uno ad alium Episcopum, adeo ut ab Urso primo Episcopo Stabiano (qui tamen vacillat ex Patriarchae Antiocheni rationibus) usque ad Laurentium secundum Episcopum (si tamen non laborat inscriptionis fides) renunciatum anno 599. integrum effluxerit seculum; Ursus enim, ut ipse commentatur, anno 499. Stabiensi Ecclesiae praefuit. A Laurentio vero usque ad Lubentinum XXXVII. anni sine ullo Episcopo excurrerunt; si vera sunt quae Coletus de eodem Lubentino comminiscitur; a Lubentino usque ad sanctum Catellum duo ferme secula intercesserunt ex ejusdem Milante Chronologia; Lubentinus enim anno DCXXXXIX. regebat Stabiensem Ecclesiam; & sanctus Catellus juxta Milante computum ab ann. DCCCXVIII. usque ad DCCCXXX. Episcopatum Stabiensem sanctissime admi-

(a) *Pius Thom. Milant. in Johann. Ep. pag. 217.*

(b) *Naevius apud Tull. in Catonem.*

nistravit. A S.Catello usque ad Stephanum centum, & amplius praeterlapsi sunt anni; Is enim anno DCCCCLXXXII. auspicatus est Praesulatum post S.Catellum. Stephanum excepit Gregorius circa ann.MC. post lapsum prope biscentum annorum; Stephanus enim praefuit Ecclesiae an.DCCCCLXXXII. Unde meridiana luce clarior adsurgit illa aurea Patriarchae Antiocheni sententia tanta contentione a Milante confutata Surrentinos Archiepiscopos dedisse Stabianae Ecclesiae *vel Episcopos*, *vel Chorepiscopos*; ex quo namque Stabiae in villas evaserunt gurgustiis tantum, ac domunculis circumseptae Chorepiscopos ab Archiepiscopis Surrentinis habuerunt: Episcopos vero tum nimirum, cum frequentioribus habitatoribus, & indigenis incolerentur. Hinc factum, ut rariores admodum deprehendantur vetustiores Episcopi: a seculo vero undecimo, ac duodecimo, cum in Castrum maris magna hominum multitudo confluxerit, magnaque fuerit facta exterorum transitio, & accessio, Episcoporum series continuata, nec interrupta, aut interpolata recenseatur.

Tandem Epocham S.Catelli Milanteam funditus evertat eruatque:

Ut medium si quis vellat de fornice saxum,
Incumbunt cui cuncta simul, devexa sequuntur
Cetera (a).

Et colophonem simul operi nostro imponat doctissimus aeque ac Sanctissimus Ecclesiae Catholicae supremus Hierarcha Prosper Lambertinus P. M. (b), qui in eruditissimo illo, & numeris omnibus absoluto tractatu de Servorum Dei Beatificatione, & Beatorum Canonizatione in liquidum perducit, Apotheoses Sanctorum, praecipue Martyrum coepisse jam inde a quarto, & quinto seculo a Sanctissimis Pontificibus R. factitari, nono vero, aut decimo adeo frequentes fuisse, ut piaculum nostris in Regionibus esset illas ab Episcopis celebrari; quemadmodum mos antea obtinebat; donec undecimo, duodecimo, & decimotertio seculo Episcopis interdictae ab Alexandro III. (c), & Innocentio III. omnino fuerint, & solo Romano Pontifici reservatae. Itaque solidissimo subsistit fundamento, quod Antiochenus Patriarcha reponit contra Antonium Caracciolo, non potuisse Sanctos Antoninum, & Catellum, si mortalitatem exuissent nono seculo, nisi ab Apostolica Se-

(a) *Ausonius*

(b) *Prosper Lambert. lib.1.cap.6.7. 8. 9. 10. & 11. de Servor. Dei Beatif. & Beator. Canoniz.*

(c) *Alexander III. P. M. in cap. Audivimus de Reliq. & Venerat. Sanctor.*

Sede inter Sanctos referri, & collocari; idque cum non constet, sed tantum a Praesulibus Surrentinis Sanctorum Albo cooptatos; igitur illorum Canonizatio ad priora tempora, eaque a Patriarcha, & aliis Scriptoribus designata, est reducenda; unde debetur nostrae victoriae gloria, & trophaeum a Milante reportatum sapientissimo Religionis Bono Nato P. M. cujus innumera prope collucent, constantque in ipsum Patriarcham Antiochenum, in nos, & quod magis refert, in universum Christianum Orbem beneficia.

Immodico quaestu purgata, & moribus Aula:
Castigatus amor generis, data jura Nepotum
Pauperibus: cultus Sacris Altaribus auctus:
Propagata fides, atque haeresis undique abacta:
Christiadum Reges titulis insignibus aucti,
Romanae Historiae series longo ordine texta.
Aurea pax populis concessa, Orbisque piatus
Instructaeque Aedes, nova secula condita Mundo,
Magnum Lambertini opus est, & nobile donum.

Tu interea loci, Milante, quoniam cuncta tibi minime ex voto cessere, deploratis jam rebus tuis, conclamatisque receptui cane, atque arma depone; nam quod Oppidulum Galeni tempestate Castrumadmare jure merito dicendum fuerit, satis superque probavimus. Quod idem Oppidum nunc longe ab antiquis Stabiis distet in liquidum pro re nata perduximus; quod triplex Episcoporum Ordo fuerit ab Apostolis institutus, quodque Surrentina Civitas ab Apostolo Petro Metropolitica Dignitate aucta fuerit, & ornata in propatulo tamquam valde probabile exposuimus. Quod Metropolitae Surrentini Episcopos Castroadmare Suffraganeos dederint superiori aetate, illosque propria Metropolitica auctoritate inauguraverint, in medium retulimus, & Bullas Archiepiscoporum Surrentinorum super eo negotio produximus. Quod Surrentina Civitas ditione, opibus, dignitate, amplitudine, rerumque gestarum gloria Castroadmare maxime praestiterit, ejusque Antistites spirituali Metropolitica potestate jam ab Apostolis accepta illi praefuerint, & praesint, exploratum, compertumque prolixe statuimus. Quod Sanctus Antoninus primus Tutelaris, & Patronus Surrentinae Urbis, & S.Catellus Stabianae Civitatis Episcopus ineunte septimo seculo floruerint, claro in lumine, excussis tenebris collocavimus. Quapropter Milante errorum tuorum, dolorumque, & fraudum veniam posce, ut veritate

detecta, Surrentinae Civitatis decore restituto, Metropolitico jure adserto, Castrimaris etiam ratione habita, eique debito honore tributo, Ecclesiasticis Canonibus, & libertatibus minime convulsis concordibus, & in unum conspirantibus animis aeterna pace fruamur. *Nos vero laboravimus quantum potuimus, etsi quominus impetravimus quod optavimus, manet tamen nobis fructus laboris nostri apud Deum, apud quem nullum bonum irremuneratum est* (a). Lectorem demum iterum, atque iterum rogamus, ut si quae sunt in hoc opusculo errata condonet: *Temporalis est dictatio, & tanta ad lumen lucernulae facilitate profusa, ut Notariorum manus lingua praecurreret, & signa, ac furta verborum volubilitas sermonum obrueret, quod idcirco dixi, ut qui non ignoscit ingenio, ignoscat vel tempori* (b).

F I N I S.

	ERRATA	CORRIGE
Pag. 208. v. 4.	redundentem	redundantem
Ead. pag. v.37.	angustus	angustiis
Pag. 222. v.33.	Cathalogo	Catalogo
& v.24.	diphthicis	diptychis

(a) *S. Bernardus ad Coabatem Willelmum de Reivalle Epist. 380. juxt. Ordin. PP. S. Mnur.*

(b) *S. Hieronymus Epist. 47. de vitando suspecto contubernio.*

	ERRATA	CORRIGE
Pag. 13. v. 16.	Vieus	Vicus
Pag. 17. v. 1.	domina tionem	dominationem
Pag. 18. v. 7.	calidor	calidior
Et in marg. ejusd. pag. v.ult.	Lutetae	Lutetiae
Pag. 46. v. 1.	qui ibi ſcaturiunt	qui ſcaturiunt
Pag. 65. v. 30.	Snburbicariarum	Suburbicariarum
Pag. 113. v. 24.	duriſſima,incruſtatura	duriſſima incruſtatione
Pag. 118. v.ult.	vel etiam ſi Diis, Metropolitam	vel etiam ſi Diis placet, Metropolitam
Pag. 140. v. 30.	veluti tabula	veluti in tabula
Pag. 143. v. 3.	Sudio	, Cudio
Pag. 152. v. 22.	in hiſce Surrentini ruderibus	in hiſce Surrentinis ruderibus
Pag. 180. v. 23.	reperit per motus(credibile eſt, ut conjectat	reperit per motus credibile eſt, (ut conjectat
Pag. 190. v. 34.	quatenrs	quatenus
Pag. 192. v. 28.	M lante	Milante
Et v. 33.	profanas	prophanas
Pag. 193. v. 27.	Haburgenſi	Hamburgenſi
Et v. 37.	propiis	propriis
Pag. 199. v. 10.	faedus	foedus
Pag. 201. v. 32.	ſepius	ſaepius
Pag. 292. v. 37.	Roſſanenſem	Roſcianenſem
Pag. 203. v. 16.	Dioeceſane	Dioeceſanae
Pag. 204. v. 6.	Fratem	Fratrem
Pag. 207. v. 37.	palidoniam	palinodiam
Pag. 214. v. 37.	Pattiarcham	Patriarcham
Pag. 227. v. 14.	couſignata	conſignata
Pag. 236. v. 7.	nibisque	nobisque

Caetera ſuppleat diligens Lector.

EMINENTISSIMO SIGNORE

GEnnaro, e Vincenzo Muzio pubblici Padroni di ſtampa in queſta fedeliſſima Città di Napoli, ſupplicando eſpongono all'Em. V., come deſiderano dare alle ſtampe un'Opera intitolata *Animadverſiones in librum F. Pii Thomae Milante Epiſcopi Stabienſis. De Stabiis, Stabiana Eccleſia, & Epiſcopis ejus* dell'Illuſtriſſimo Monſignor Arciveſcovo di Sorrento D. Lodovico Agnello Anaſtagi. Per tanto ſupplicano l'Em.V. darne il permeſſo, con commetterne la reviſione, e l'averanno a grazia ut Deus.

Dominus D.Scipio de Chriſtophoro revideat, & referat. Datum Neapoli hac die 18. *menſis Januarii* 1751.

C. EPISC. CAJACENS. VIC. GEN.

Julius Nicolaus Epiſc. Arcad. Can. Dep.

EMINENTISSIMO, E REVERENDISSIMO
SIGNORE

IL libro col titolo; *Animadverſiones in librum F. Pii Thomae Milante Epiſcopi Stabiani. De Stabiis, Stabiana Eccleſia, & Epiſcopis ejus*; lavoro del dottiſſimo Monſignor Arciveſcovo di Sorrento D.Lodovico Agnello Anaſtagi è ſtato da me letto attentamente per ubbidire a gli ordini dell'Em.V. ed in eſſo non ho truovato coſa alcuna, che ſia contro alla Fede, alla Morale Criſtiana,

ed

ed al buon costume, ma per l'opposito vi ho scorto una profonda erudizione così profana, come sacra, e mille scelti, e galanti lumi di purgata Filosofia, e Teologia. Onde come un parto degno di sì Illustrissimo Valentuomo giudico non solo che si possa, ma che si debba mettere in luce, per giovamento della letteraria Repubblica, se però così sembrerà all'Em.V. a cui resto baciando con ogni ossequio il lembo della sacra porpora. Napoli 19. Maggio 1751.

Di V.Em.

Divotissimo obbligatissimo, ed ossequiosissimo Servo
Scipione di Cristofero.

Attenta relatione Domini Revisoris. Imprimatur. Datum Neapoli hac die 20. *Maji* 1751.

C. EPISC. CAJACENS. VIC. GEN.

Julius Nicolaus Tornus Episc. Arcad. Can.

S.R.M.

S. R. M.

SIGNORE

GEnnaro, e Vincenzo Muzio pubblici Padroni di ſtampa in queſta fedeliſſima Città di Napoli, ſupplicando eſpongono alla M.V., come deſiderano dare alle ſtampe un'Opera intitolata *Animadverſiones in librum F. Pii Thomae Milante Epiſcopi Stabienſis. De Stabiis, Stabiana Eccleſia, & Epiſcopis ejus* dell'Illuſtriſſimo Monſignor Arciveſcovo di Sorrento D.Lodovico Agnello Anaſtagi. Per tanto ſupplicano la M.V. darne il permeſſo, con commetterne la reviſione, e l'averanno a grazia ut Deus.

U.J. Doct. Nicolaus Alphanus in hac Regia Studiorum Univerſitate Profeſſor in Cathedra ſecunda Digeſtorum, & Juris Criminalis revideat, & in ſcriptis referat. Neap. die 20. *menſis Januarii* 1751.

C. Galianus Archiep. Theſſal. Capel. Major.

ILLUSTRISS. ET REVERENDISS. PRAESUL

ANimadverſiones in Librum F.Pii Thomae Milante a Clariſſimo Viro Ludovico Agnello Anaſtaſio Archiepiſcopo Surrentino concinnatas, te mandante, perlegi; opus proinde luſtrandum ſuſcepi elegantia ſtyli, veterum monumentis, criticae regulis; &, quod magis eſt, modeſtiae nitore ita adfabre elaboratum, ut in Patrui ſui antiquitatum opere ab aliquibus adpictis labeculis vindicando, nihil ſit prorſus, quod honeſtatis limen excedat: unde merito ejus acta cuique percurrenti, virum Chriſtiana aeque, ac Paſtorali refertum Charitate, ſingulari doctrina, eruditione non vul-

gari

gari praebent, redolentque: Quum ergo tantum absit, ut regiis juribus, & bonis moribus adversetur, quin imo potius firmet, augeatque; quumque publico bono, reique literariae condecorandae praestare videatur, si publici juris fiat: illud formis merito tradi posse, ubi tui authoritas accedat, censeo. Dabam Neap. Idibus Majis Aerae Dionysianae Anno MDCCLI.

Addictissimus Cliens
Nicolaus Alphanus Regius Professor.

Die 24. mensis Maji 1751. Neapoli.

Viso Rescripto S.R.M. interposito sub die 22. currentis mensis, & anni, relatione facta per U.J.D. D.Nicolaum Alphanum de commissione Rev. Regii Cappellani Majoris ordine praefatae R.M.

Regalis Camera S.Clarae providet, decernit, atque mandat, quod imprimatur cum inserta forma praesentis supplicis libelli, & approbationis dicti Revisoris, & in publicatione servetur Regia Pragm. hoc suum.

CASTAGNOLA. FRAGGIANNI.
ANDREASSI. GAETA.

Illustris Marchio Danza Praeses S.R.C.
tempore subscript. imped.

Athanasius.

Reg. fol.38. a ter.
Larocca.


UNIVERSITY OF ILLINOIS-URBANA
3 0112 102155717